DE TACITI GERMANIAE CODICIBUS CAPITA DUO

DISSERTATIO INAUGURALIS QUAM AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES AB AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM ORDINE HALENSI RITE IMPETRANDOS SCRIPSIT

ARTHURUS SCHOENEMANN

SAXO-BORUSSUS

HALIS SAXONUM

TYPIS WISCHANI ET BURKHARDTI

MDCCCCX

DE DISSERTATIONE PROBANDA
AD PHILOSOPHORUM ORDINEM RETTULIT
GEORGIUS WISSOWA

PARENTIBUS CARISSIMIS
SACRUM

Caput I.

De Germaniae codicum familia tertia.

Omnes qui supersunt codices Taciti Germaniam continentes ad stirpem redeunt libri Hersfeldensis anno 1455 exeunte e Germania in Italiam translati, de quo post alios optime disseruit Georgius Wissowa in praefatione, quae praemissa est codici Leidensi phototypice edito (Lugduni Batavorum 1907). Ex Hersfeldensi duo apographa nunc deperdita fluxerunt X et Y; ex altero X originem traxisse constat codicem Vaticanum 1862 (A) et Pontani librum, e quo Leidensis (B) derivatus est, ex altero Y codices ceteros, inter quos primum locum obtinent Neapolitanus sive Farnesianus (C) et Vaticanus 1518 (D). E quo tempore autem a Caesare Annibaldi [1]) in lucem est editus codex Aesinus anno 1902 in biblotheca comitis Aurelii Guilelmi Balleani inventus, dubium non iam est, quin in recensenda Germania ad apographa X et Y accedat tertia quaedam familia (Z), ad quam primum quidem pertinent codices Aesinus ille atque, qui ex eo descriptus est, Toletanus (cf. Annibaldi, l. c. p. 121 sqq. 168 sqq.), deinde autem libros Ottobonianum 1795, Vaticanum 2964, Ariminensem bibl. Gambal. D IV 112 eiusdem originis esse Georgius Wissowa iudicavit (l. c. p. XVI). Quae si ita se habent — quod nobis hoc capite erit demonstrandum — verum fit illud, quod iam Carolus Muellenhoff suspicatus erat (*Deutsche*

---

1) *L'Agricola e la Germania di Cornelio Tacito nel MS. latino n. 8 della biblioteca del conte G. Balleani in Jesi, a cura di* Cesare Annibaldi, *con prefazione del Prof.* Nicola Festa, *Città di Castello 1907.*

Altertumskunde vol. IV 1900 p. 78 sqq.), codices Ottobonianum 1795, Vaticanum 2964, editiones Norimbergenses a. 1473, Romanam a. 1474 emissas e tertio Hersfeldensis apographo descendisse.

Ad ipsam inquisitionem priusquam accedamus, pauca praefari liceat de horum librorum habitu atque indole et de fontibus, e quibus ea, quae de iis sum adlaturus, hauserim.

E = Aesinus, qui asservatur Aesi in bibliotheca comitis Aurelii Guilelmi Balleani, continet Dictyis libros belli Troiani et Taciti Agricolam Germaniamque ita, ut in Agricola toto codex Hersfeldensis nobis praebeatur aut ipse aut transscriptus (vide Georgium Wissowa l. c. p. XI sq.). Collationem libri Aesini dedit Caesar Annibaldi in docta illa et copiosa commentatione, cuius supra mentionem feci.

T = Toletanus bibl. capit. IL 2 Germaniam et Agricolam continens in utroque libro Aesini apographum est (vide Annibaldium, l. c. p. 121 sqq. 168 sqq.). Cuius codicis collationem in Annibaldii editione (p. 155 sqq.) exhibitam cum satis mendosam esse vidissem, secutus sum diligentissimam illam, quae publici iuris facta est a Fr. Fr. Abbott (*The Toledo Manuscript of the Germania of Tacitus* [*Decennial Publications of the University of Chicago ser. I vol. VI, Chicago 1903,* p. 217 sqq.]). Toletanum anno 1474 exaratum esse Fulginiae per M. Angelum Crullum Tudertem subscriptio docet.

L = Vaticanus Latinus 2964 continet inde a folio 1[r] Germaniam, cuius libelli titulus a recentiore quadam manu adiectus est, inde a folio 12[r] Tractatum Taciteum (i. e. Dialogum) sine inscriptione, initio et fine mutilum. Quae de hoc codice dixi, deprompsi ex accuratissima Ricardi Wuensch professoris Regiomontani collatione, qui intercedente Georgio Wissowa praeceptore apparatum ab ipso sollertissime conlectum benignissime mihi commodavit, cui hoc quoque loco debitas gratias agere iucundum est.

O = Ottobonianus Latinus 1795 continet praeter multa alia scripta inde a folio 24[r] Taciti Germaniam (*Cornelii Taciti viri consularis de situ ac moribus Germaniae libellus incipitur*), cuius textus desinit in fine folii 30[v] *et ipsa plerunque* (c. XIII 21), sequuntur V folia vacua. Huius quoque codicis et descriptionem et collationem Ricardo Wuensch debeo. Scriptus est saec. XV exeunte vel XVI ineunte (vide Wuenschium in Hermae vol. XXXII 1897 p. 46).

R = Ariminensis bibliothecae Gambalunghianae IV D 112 post alia inde a folio 77[v] Germaniam continens (*Cornelii Taciti viri clarissimi liber de situ Germanico incipit*) secundum subscriptionem Romae anno 1476 exaratus est. De quo codice recte iudicavit Reitzensteinius in Philologi n. s. vol. XI 1898 p. 307 sqq., quem dolendum est non integram huius codicis collationem publici iuris fecisse. Mihi cum aliunde subsidia non suppeterent, in lectionibus ab Reitzensteinio adlatis acquiescendum fuit.

𝔑[1] = editio Norimbergensis anno 1473 emissa et solam Germaniam exhibens nec minus

𝔑[2] = ed. Norimbergensis altera (1473), quae eundem Taciteum libellum continet, ad exemplar bibliothecae Regiae Monacensis liberaliter huc transmissum a me collatae sunt.

ℜ = editio Romana anno 1474 prelo subiecta et ipsa continet Germaniam. Hunc quoque librum ipse denuo contuli ad exemplar bibliothecae Regiae Berolinensis (incun. 15223).

Expositis ita subsidiis nostris ad rem ipsam accedamus primumque inquiramus, num re vera libri illi, quos modo enumeravi, uni eidemque libri Hersfeldensis apographo sint attribuendi. Qua in quaestione suffecturum esse non puto eum, qui unam tantum alteramve lectionem exempli causa protulerit, sed qui omnes eadem cum diligentia examinaverit. Quod facere cum conatus essem,

multos inveni locos, quibus libri E(T)LOR 𝔑[1·2]𝔑 a familiarum XY lectionibus plane abhorrentes mira quadam ratione inter se consentiunt contra lectionem traditionis vulgatae. Numeri sunt editionis Muellenhoffianae (*Germania antiqua, Berol. 1873*); iis lectionibus, quas etiam in R fuisse constat, signum (R) adpinxi.

	Z (corruptus)	XY (lectio vulg.)
II 25	*omis.* (R)	etiam
V 20	*omis.* (R)	quoque
X 5	fortuitu (R)	fortuito
XIII 18	*omis.* (R)	cuique
XIV 9	adolescentum	adolescentium
XIX 17	finuere (funere LR)	finire
XX 7	in exauta	inexhausta
XXV 9	*omis.*	est
XXXV 7	*omis.* (R)	et
XXXVII 9	*omis.*	si

	Z (interpolatus)	XY (lectio vulg.)
II 12	Tuisconem (R) (𝔑² Tuistonem)	Tristonem, *i. m.* Tuisman A tristonem B, tuistonem B² Tuistonem D Bistonem C
VII 6	neque verberare (R)	ne verberare
IX 3	Herculem et Martem (R)	herculem ac martem Y et herculem *post* placant X
XI 10	iniussi (ut iussi R)	ut iussi
11	coetium (coetuum O𝔑, coeuntium R)	coeuntium
XIII 4	ipsi (pater RT²)	pater
16	et electorum (R)	electorum
XV 6	iisdem (iidem T)	iidem
XVI 5	connexis	connexis et
16	populatio	populatur
17	ignoranter	ignorantur

	Z (interpolatus)	XY (lectio vulg.)
XVIII 18	parata (data parata L)	dato
19	renuntiant (-nunct-$\mathfrak{R}^{1.2}$)	denuntiant (-nunc- A)
19	viventes	vivendum
19	parientes	pereundum
XXV 6	verberant	verberare
XXIX 22	par	pars
XXXV 2	A	ac
13	iniuriam (R)	iniurias
XXXVI 4	impotentis (potentis T)	inpotentes
10	conventum	consulatum
17	obiecerunt (+obiecerentur R)	obiecerit
XXXVIII 4	quam	quamquam
XXXIX 6	horrentia (R) (hrotentia $\mathfrak{R}$)	horrenda
XLII 8	Trudi (R)	Tudri
XLV 19	que vero (queve, *i. m.* vero ET)	quaeve
27	ergo	igitur
XLVI 16	Sola	solae

Habemus igitur libros nostros saepissime contra ceteros codices omnes miro modo consentientes et iisdem locis corruptelis vel interpolationibus laborantes. Atque tantus est horum librorum consensus, ut de communi eorum fonte dubitari nequeat; eos neque ex X neque ex Y fluxisse exemplis quae attuli comprobatur multisque aliis postea ad liquidum perducetur. Quae argumenta nos adducunt, ut eos ex uno eodemque archetypo et ab X et ab Y diverso deductos esse pro certo habeamus. Redeunt ergo ad tertium codicis Hersfeldensis apographum, quod signo Z notare liceat.

Codicem R, quem eiusdem originis esse ac ceteros de quibus hic verba facimus libros certum est, paucis locis

(XI 10 bis. XIII 4. XXXVII 17) a familia Z abhorrere et (excepto XXXVII 17) cum X Y facere adnotandum est, de quibus discrepantiis infra erit fusius disputandum.

Quantum attinet ad Ottobonianum 1795, quem in cap. XIII 21 deficere monui, quoad superest, easdem lectiones singulares et ab XY dissentientes exhibet quas ceteri familiae Z libri.

Huc accedit, quod sectae Z libelli vel in orthographicis contra X Y consentiunt; sic communes sunt familiae Z lectiones velut *Aphrica* (II 7), *monimentaque* (III 16), *comertiorum* (V 15), *turbe* (XI 12), *hyemi* (XVI 4), *arctus* (XVII 5. XXX 6), *Boi* (XXVIII 8), *Aestyorum* (XLV 8) aliae.

Iam porro familiam Z modo cum X modo cum Y facere videmus, sed ita, ut consensus cum X paulo sit maior. Quorum locorum ego, ne nimis spatii consumere cogar in re luce ut spero clariore, eos tantum afferam, quibus familiae Z libri nullo excepto inter se consentiunt. Tabulas eorum ita institui, ut primum exscriberem eos locos, quibus Z X contra Y exhibent veram lectionem, deinde, ubi Z X corrupti sunt servante Y lectionem genuinam; tum tertio loco videbimus, ubinam Z consentiat cum Y in sincera traditione atque X corruptus sit, quarto denique, ubinam Z Y corrupti sint, X vero integer.

		Z X (recte)	Y (falso)
II	14	tris	tres
	17	pluris	plures
III	13	hodieque	hodie
IV	2	populos	populis
V	8	propitiine	propitii
VII	2	aut	ac
X	17	hinnitusque	hinnitus
XI	3	pertractentur	praetractentur
XII	1	concilium	consilium
XIII	5	propinqui	propinquus

		Z X (recte)	Y (falso)
	13	primus	primum
XIV	2	adequare	equare
XIX	9	invenerit	invenit
XXII	9	sed et	sed
XXIV	3	exercitatio	excitatio
XXV	6	exequuntur	exequantur
XXVI	3	in vices A Z in vicem B	vices D, vice C
XXVIII	13	commigraverint	comigraverunt
XXX	19	propior	propiora
XXXI	15	vultu	cultu
XXXIII	10	urgentibus iam	in urgentibus
XXXIV	1	Angrivarios A Z angrinarios B	anguiarios
	3	Frisii	frisi C, frisci D
	10	magnum (-nu B)	magnificum
XXXV	5	obtenditur	obtendere
	13	assequuntur	assequantur
XXXVIII	12	religatur	ligant
XL	3	ac	et
	9	populis	propriis
XLI	7	passim	passim et
XLII	7	mansere	manserunt
XLIII	1	Buri	Burii
XLIV	4	frontem	fronte
	8	non	nec
XLV	2	cludique	claudique
	5	formasque	formas
	19	gignat	gignit
	37	differunt	differuntur

		Z X (falso)	Y (recte)
V	21	affectatione	affectione
XXII	1	enim	e
XXV	4	ut	et

		Z X (falso)	Y (recte)
XLIV	1	ipse	ipso
	1	oceanum (occ-ETL)	occeano.

		Z Y (recte)	X (falso)
VI	8	in immensum	immensum
	21	quod	quidem
VII	2	et	etiam
	12	et propinquitates	aut propinquitates
X	20	illos	istos
	22	explorant	exploratur
XII	10	vindicatur	vindicavit
XVII	5	gerunt	ferunt
XX	3	ac (nec L)	aut
XXI	7	alia	aliqua
XXV	2	ministeriis	ministris
	9—14	*habent hic*	*in fine cap. XXVI.*
XXVII	1	observatur	observant
XXVIII	14	quia	qui
XXX	1	ultra	ulera
	5	atque	ac
XXXV	6	tam	nam
XXXVI	8	fosi	fusi
XL	7	Nerthum	Neithum
XLII	4	parta	parata
XLIII	18	memorant	memorat
XLV	28	sudantur	sudant
	36	gentes	gens
XLVI	25	difficillimam (-ili- T)	difficilem

		Z Y (falso)	X (recte)
XXVIII	1	auctorum	auctor
XXIX	3	populis	populus
XLV	4	ortus	ortum

	Z Y (falso)	X (recte)
XLVI	11 fingunt	figunt
	28 et corpora	corpora.

Omnibus his locis, quos exscripsi, inter se pugnant lectiones librorum AB et CD, familiae vero Z libri inter se et cum altero genere consentiunt. Atque ex his lectionibus et ipsis luce clarius apparet, neque ex X neque ex Y pendere familiam Z, sed peculiari eam attribuendam esse archetypo, i. e. tertio Hersfeldensis apographo. Praeterea vidimus, mediam fere eam esse inter X et Y: si centum comparentur eius modi loci, sexagies Z faciat cum X, quadragies cum Y. Inprimis autem notabile est, classem Z multo saepius exhibere lectionem genuinam quam aut X aut Y, quod e quattuor illis indicibus facile efficitur: e septuaginta duobus locis familiae Z libri duodesexagies consentiunt cum traditione integra, ab ea abhorrent non nisi quaterdecies.

Nec desunt loci, ubi Z ab ADC codicibus abhorrens cum B facit, qui consensus mihi ita explicatur, ut ZB in eligendis archetyporum lectionibus duplicibus easdem leges secuti sint.

	Z B (recte)	A C D (falso)
XXIV	6 spectantium	expectantium

	Z B (falso)	A C D (recte)
VI	12 varietate	variare
XXXVII	1 situm	sinum
XLIII	31 Lemonii	Lemovii
XLV	22 profertur	perfertur.

Quibus adiungam nonnullas lectiones, quae contra auctoritatem librorum BCD in A et Z inveniuntur:

	ZA (recte)	BCD (falso)
XXVI	3 in vices	in vicem B, vices D, vice C
XL	1 Largobardes	logobardos B, longobardis B², longobardos CD.

	ZA (falso)	BCD (recte)
XXXIX	4 eiusdemque	eiusdem.

Sed haec quidem hactenus.

Iam quaerentibus nobis quomodo inter se cohaereant libri E (T) L O R 𝔑¹·²𝔑, initium faciendum est a codicibus E (T) et exponendum, quem nexum habeant cum libris L O R 𝔑¹·²𝔑.

Codicem Toletanum anno 1474 ex Aesino descriptum esse Annibaldius recte demonstrat (l. c. p. 121 sqq. 168 sqq.). Aesinum autem etiam in Germaniae textu sicut in foliis Agricolae recentioribus Hersfeldensis apographum esse idem vir doctus auctor est (vide stemma l. c. p. 170 propositum).

Quod si ita esset, libri L O R 𝔑¹·²𝔑 nescio quo modo ex Aesino originem traxisse putandi essent, quia omnes ad eiusdem Hersfeldensis apographi stirpem redire constat. Qua in re num rectum viderit Annibaldius, postea erit fusius disputandum.

Atque comparandae iam sunt codicum Aesini et Toletani lectiones omnes cum iis, quae occurrunt in ceteris familiae Z libellis, et videndum, quid ex hac comparatione sequatur. Quod cum conatus essem recensere, permultos inveni locos, quibus E (T) a libris illis, qui et ipsi familiae Z attribuuntur, plane abhorrent. Sunt autem hi:

	E (T) (mutili)	L (OR) 𝔑¹·²𝔑 (lect. integra)
XXXIII	6 *omis.*	invidere (in invidere 𝔑)
XXXVII	25 *omis.*	versae (R) (verse 𝔑)
XLV	29. 30 *omis.*	terrisque inesse crediderim quae vicini solis (R)
XLVI	13 *omis.*	sunt
	29 *omis.*	ego

	E(T) (corrupti)	L(OR) $\mathfrak{N}^{1\cdot2}\mathfrak{R}$
II 17	deos	deo (OR)
III 12	Asciburgumque	Asciburgiumque (O) (Asciburgium R)
VII 9	effigies	effigiesque (OR)
X 24	depopularium	popularium (OR)
XIII 9	adolescentibus	adolescentulis (R) adulescentulis OL $\mathfrak{N}^{1\cdot2}$ adulescentulus $\mathfrak{R}$
XIV 2	virtute principem	virtutem principis
14	illamque	illam
XVI 1	nullis E nullas *corr. ex* nullos T	nullas
XX 1	atque	ac (et L)
XXII 3	hyemis	hyems $\mathfrak{N}^{1\cdot2}\mathfrak{R}$, hyemps L
14	astuta aut	abstuta nec
XXVII 3	coloribus	odoribus
4	equis	equs L $\mathfrak{N}^{1\cdot2}$, equus $\mathfrak{R}$
XXXVIII 4	communi (comuni E)	commune (R)
XLIV 10	causa	clausa (R)
XLV 9	abluuntur	adluuntur (R)
10	proprior	propior

Qua tabula id efficitur, non posse libros LOR $\mathfrak{N}^1\mathfrak{N}^2\mathfrak{R}$ ex E vel T descriptos esse, cum non solum multis locis, quibus E(T) corrupti aut interpolati sunt, vera scriptoris verba servaverint, sed etiam quinquies genuina verba soli tradant in E(T) omissa.

Ottobonianum quoque contra E(T) cum L $\mathfrak{N}^{1\cdot2}\mathfrak{R}$ facere ex illa lectionum compositione sequitur, quamvis paucae sint huius codicis lectiones, quae in censum veniant (II 17. III 12. VII 9. X 24. XIII 9). Ariminensis vero codex cum omnibus illis locis, quibus quid in eo scriptum sit constat ab E(T) abhorrens cum L(O) $\mathfrak{N}^{1\cdot2}\mathfrak{R}$ consentiat, veri est

simile, eum ceteris quoque locis idem exhibere quod L(O) 𝔑¹·²𝔑. At tamen diligenter cavi, ne e silentio conclusiones facerem. Sed decem illae lectiones signo R notatae (II 17. III 12. VII 9. X 24. XIII 9. XXXVII 25. XXXVIII 4. XLIV 10. XLV 9. XLV 29. 30) idoneae sunt, quibus eo adducamur, ut eum neque ex E neque ex T descriptum esse pro certo habeamus.

Atque unum adicere mihi liceat, quod quamvis ad orthographiam spectet, tamen in ea quidem re maioris momenti est: eos qui E(T) codices exaraverunt, in nomine Chattorum scribendo ita sibi constantes fuisse, ut contra L𝔑¹·²𝔑 semper pro *Chatti Chattos* ponerent *Cathi, Cathos.* Vide hos locos (quibus quid R exhibeat, nescimus):

		E (T)	L 𝔑¹·²𝔑
XXIX	3	Cathorum	Cattorum 𝔑¹·²𝔑 cottorum L
XXX	1	Cathi E, cati T	Chacti 𝔑¹·²𝔑, cacti L
	4	cathos	cathattos L, Chattos 𝔑¹·²𝔑
	16	cathos	Chattos
XXXI	2	cathos	chattatos L, Chattos 𝔑¹·²𝔑
	11	cathorum	Chattorum
XXXII	1	cathis	Chattis
	4	cathos	Chattos
XXXV	5	chatos	Chattos
XXXVI	1	cathorumque	Chattorumque

Praeterea libros L (O R) 𝔑¹·²𝔑 non manasse ex T docet etiam longa locorum series, quibus T foede corruptus dissentit a vera lectione reliquorum familiae Z librorum.


		T (falso)	E L (O R) 𝔑¹·²𝔑 (recte)
VI	28	superstes	superstites (R)
VII	7	iuxu	iussu (iusso 𝔑) (R)
VIII	9	consilio	consilia (R)
XII	7	flagia	flagitia (R)
	11	comitiis	conciliis (R)

		T (falso)	E L (O R) $\mathfrak{N}^{1\cdot 2}\mathfrak{R}$ (recte)
XIV	3	probosum (*ita* $\mathfrak{R}$)	probrosum
XXIX	3	condam	quondam
	3	populis	populus
	6	ante	antiquae
XXXV	3	incipiant	incipiat
	4	potentis	impotentis
XXXVII	2	tenentur	tenent
	11	in Germania	Germania
	18	Scauro	et Scauro
XXXVIII	9	quid	quod
XL	2	cuncti	cincti
XLI	3	Hermundorum	Hermundurorum
XLIII	2	claudiunt	claudunt
	7	effodunt	effodiunt
	23	feriati	feritati
	29	adductus	adductius
XLVI	17	idem	idemque

Ex iis quae attuli, evidenter apparere mihi videtur libros L O R $\mathfrak{N}^{1\cdot 2}\mathfrak{R}$ neque ex Aesino neque ex Toletano derivatos esse. Atque ut perspiciamus, quid inde effici possit, colligamus iam necesse est, de quibus adhuc verba fecerimus: libros E T L O R $\mathfrak{N}^{1\cdot 2}\mathfrak{R}$ omnes uni eidemque archetypo attribuendos esse lectionibus illis peculiaribus in prima huius capitis tabula enotatis demonstratur; praeterea ad liquidum perductum est, hoc archetypum neque fluxisse ex X neque ex Y, sed medium esse inter X et Y, nos igitur habere prolem tertii Hersfeldensis apographi (Z) lectionibus illis familiae Z propriis, quas supra exscripsi, insignis. Ergo si recte Annibaldius Aesinam Germaniam ex ipso Hersfeldensi descriptam esse contenderet, libros L O R $\mathfrak{N}^{1\cdot 2}\mathfrak{R}$ aut ex Hersfeldensi aut ex ipso Aesino fluxisse consentaneum esset; quorum neutrum verum est. Ex Hersfeldensi ipso libri L O R $\mathfrak{N}^{1\cdot 2}\mathfrak{R}$ deducti non sunt, quia lectiones multas omnium horum librorum

proprias atque eorum archetypo vindicandas in Hersfeldensi non fuisse familiarum X Y consono testimonio comprobatur. Nec magis derivati sunt ex Aesino (Toletano), quia E(T) multis locis corruptelis et lacunis laborare ostendimus, quibus illi integram exhibent lectionem. Supra autem demonstratum est, Aesinum (cum Toletano) eiusdem originis esse cuius L O R 𝔑1·2𝔑, cum in hoc codice et ipso illae sordes peculiares sectae Z communes exhibeantur. Quibus rebus eo adducimur, ut Aesinum non ex ipso codice Hersfeldensi, sed ex eodem eius apographo (Z) descriptum esse pro certo habeamus, ad cuius stirpem etiam L O R 𝔑1·2𝔑 redeunt. Annibaldium igitur in hac quidem re rectum non vidisse censendum est.

Quae de his libris enucleasse mihi visus sum, in hoc stemma conferre liceat:



Priusquam autem accedamus ad naturam et indolem illius tertii apographi Z explicandam, ostendamus necesse est, quomodo inter se cohaereant libri L O R 𝔑1·2𝔑. Qua in re illustranda ita versabimur, ut primum quidem in censum vocemus eas lectiones, quae singulorum librorum propriae sunt, et inquiramus, num eorum consensus talis sit, ut alium ex alio descriptum esse statuere possimus.

Atque initium faciamus ab editionibus Norimbergensibus quas libris L O R ℜ aetate superiores esse verisimile est: prelum subierunt a. 1473, uno anno prius quam ed. Romana, codicem autem Ariminensem a. 1476 exaratum esse subscriptio docet; quibus libris aliquanto posteriores esse Vaticanum illum et Ottobonianum probabile quidem est, sed non constat. Atque exceptis illis locis, quibus menda typographica leviora vel aliae sordes traduntur, lectionum in solis 𝔑¹ 𝔑² extantium has composui tabulas:

	𝔑¹·² (corrupti)	L(OR)ℜ (*ita etiam* E[T])
VI 20	centim	centini O L, centeni R, centum ℜ
X 21	aspiciorum	auspiciorum
XI 6	auspicacissimum	auspicatissimum
XII 13	centem	centeni
XV 8	iurium	viritim
XVI 7	insticia	inscitia
XVIII 20	involata	inviolata
XXVIII 16	cura	circa
18	simitudine	similitudine
XXIX 5	Romam	Romani
5	honus	honos
XXX 2	nicoant (*talia saepe*)	inchoant
XXXVII 8	e Sapino	et Sapiro L, et Sapirio ℜ (E[T])
XLV 3	catientis	cadentis
9	buibus	quibus
XLVI 27	hora	ora

	𝔑¹·² (interpol.)	L (O R) ℜ (*ita etiam* E[T])
II 15	equorum	e quorum
22	tunc Tungri nunc	nunc Tungri tunc
III 14	Acriniprion	*ACRIΠYPΓION* L *ACKIΠYPΓION* OR (E[T]) *lacuna XIV litt.* ℜ

		$\mathfrak{N}^{1\cdot 2}$ (interpol.)	L (O R) $\mathfrak{R}$ (*ita etiam* E [T])
IV	6	cerulei	ceruli
	10	assueverint	assueverunt
V	12	proinde	perinde
	23	utilia (vilia $\mathfrak{N}^{2}$)	vilia
VII	16	et coniuges	ad coniuges
XI	4	inciderit (*ita* T)	incidit
XIV	13	tueantur	tueare L, tuare $\mathfrak{R}$, (tuere E [T])
XVIII	21	rursus quae	rursusque
XIX	11	vocantur	vocatur
XXI	5	utilitate	utiliter
XXX	9	necessitates	occasiones
XXXIV	8	tentaverimus	tentavimus
XL	14	quemcunque (*ita* $\mathfrak{R}$)	quaecunque
XLIII	8	omnisque	omnesque
	28	iuncuntur	vincuntur
	31	protenus	protinus (protenus E)
XLIV	6	hinc vel hinc	hinc vel illinc
XLVI	5	omniumque	omnium
	8	paucinos	Peucinos (pautines L)
	21	nunc	huc
	28	terarum	ferarum

Omnibus his locis $\mathfrak{N}^{1\cdot 2}$ libri aut corrupti aut interpolati sunt, cum OLR $\mathfrak{R}$ genuinam lectionem exhibentes cum traditione vulgata faciant. Qua de causa dubium non est, quin LOR$\mathfrak{R}$ ex $\mathfrak{N}^{1\cdot 2}$ non fluxerint. Quantum autem attinet ad originem librorum $\mathfrak{N}^{1\cdot 2}$, id certe constat, eos non pendere ex LOR$\mathfrak{R}$; primum enim R et $\mathfrak{R}$ posteriore tempore prodierunt, deinde O est mutilus et fuit mutilus, quod V foliis illis scriptura vacantibus demonstratur, L denique plurimis locis corruptelis laborat, quibus $\mathfrak{N}^{1\cdot 2}$ carent.

Sequuntur lectiones editionis Romanae propriae et a libris LOR $\mathfrak{N}^{1\cdot 2}$ abhorrentes, quarum cum numerus per-

magnus sit, notabiliores tantum enotavi, quae animadvertuntur in capitibus inde a primo usque ad vicesimum.

	$\mathfrak{R}$ (corruptus)	L(OR) $\mathfrak{N}^{1.2}$ (*etiam* E[T])
II	2 mixtus	mixtos
V	13 nume	muneri L$\mathfrak{N}^{1.2}$ (E[T]), *omis.* OR
	14 *omis.*	in alia
VI	10 pauci	paucis
	26 *omis.*	reliquisse
VII	5 animadvertere	neque animadvertere
	7 iusso	iussu
VIII	5 *omis.*	timent
XI	6 impletur	aut impletur
XIII	2 *omis.*	agunt. sed arma
	6 vivente	iuventae
XV	12 mutuntur	mittuntur
XVIII	15 apponetur	admonetur
XIX	4 *omis.*	in
	13 accipunt	accipiunt
XX	14 atius	latius

	$\mathfrak{R}$ (interpolatus)	L(OR) $\mathfrak{N}^{1.2}$ (*etiam* E[T])
III	14 *lacuna XIV litt.*	*ACKIΠΥΡΓΙΟΝ* OR(E[T]) *ACRIΠΥΡΓΙΟΝ* L Acriniprion $\mathfrak{N}^{1.2}$
VI	5 possit	poscit
	8 plura	pluraque
	20 centum	centini (centim $\mathfrak{N}^{1.2}$) (centeni E[T])
	21 primum	primo
X	24 patris	patriis
XI	3 pertractarentur	pertractentur
	10 est simul	simul
	16 *omis.*	auctoritate

		ℜ (interpolatus)	L (OR) $\mathfrak{N}^{1\cdot 2}$ (*etiam* E[T])
XIV	13	tuare	tueare L, tueantur $\mathfrak{N}^{1\cdot 2}$, (tuere E[T])
	13	libertate	liberalitate
	19	pigro	pigrum
XV	8	ultra	ultro
XVI	2	vinctas	iunctas
	8	regularum	tegularum
	13	eos	eosque
	13	simo	fimo
	16	ad	advenit
	16	addita	abdita
XVII	5	ac singulos	et singulos
	6	proxime	proximi
XVIII	6	*omis.*	uxor
	12	hecque	haec
	18	vincti	iuncti
XIX	10	nec corrumpi	et corrumpi
	18	plus	plusque
XX	2	queque (=*quaeque*)	quemque
	5	noscas	dignoscas

Ut dilucidius perspiciatur, quantopere haec editio Romana corrupta sit, locis adhuc enotatis eos adiungam, quibus in capitibus, quae sequuntur, vocabula omissa sunt haec:

XXI 12 pari, 14 poposcerit,
XXVI 6 et superest,
XXVII 4 arma, 10 gentium
XXXII 3 Tencteri,
XXXVIII 5 vocentur,
XL 9 in, 10 nemus.

Quae cum ita se habeant, libros LRO ex editione Romana non pendere constat. Altera autem ex parte libri ℜ textum neque ex L neque ex O neque ex R

deductum esse inde colligi potest, quod primum quidem codex O mutilus est et posteriori aetati debetur, deinde autem R duobus annis post editionem $\mathfrak{R}$ emissam exaratus est, denique in L permulti inveniuntur loci corrupti infra enotandi, quibus ed. Romana integra est.

Restat, ut quaenam ratio intercedat huic editioni cum $\mathfrak{R}^{1 \cdot 2}$ ostendamus. Qua de causa nonnullos eorum locorum composui, quibus libri $\mathfrak{R}^{1 \cdot 2}$ interpolati sunt vel alia quadam ratione a traditione vulgata abhorrent, $\mathfrak{R}$ autem plerumque cum vulgata consentit. Haec exempli gratia sufficient:

		$\mathfrak{R}^{1 \cdot 2}$	$\mathfrak{R}$
III	14	Acriniprion	*lacuna XIV litt.*
IV	6	cerulei	ceruli
	10	assueverint	assueverunt
V	12	proinde	perinde
VI	20	centim	centum
VII	5	vincire	vincere
VIII	9	asponsa	responsa
XIV	13	tueantur	tuare
XV	8	iurium	viritim
XXVIII	16	cura	circa
XXX	9	necessitates	occasiones
XXXI	1	rara	raro
XXXIII	2	Chamavos	Chamanos
XXXIV	8	tentaverimus	tentaverim
XL	3	Veudigni	Reudigni
XLIII	8	omnisque	omnesque
	31	protenus	protinus
XLIV	6	hinc vel hinc	hinc vel illinc
XLV	22	profertur	perfertur
XLVI	26	quidam	quidem

Ex iis, quae attuli, satis apparere mihi videtur, editionem $\mathfrak{R}$ non derivatam esse ex $\mathfrak{R}^{1 \cdot 2}$. Atque harum

discrepantiarum in $\mathfrak{N}$ et $\mathfrak{R}$ extantium plurimae ita explicantur, ut inter archetypi lectiones duplices alterius editionis auctor hanc, alterius illam elegerit (cf. IV 6. IV 10. V 12. VII 5. XIV 13. XXXI 1. XXXIII 2. XL 3. XLIII 31. XLV 22).

Altera autem ex parte haud paucos inveni locos corruptos, quibus $\mathfrak{N}^{1\cdot 2}\mathfrak{R}$ a familiae Z codicibus abhorrentes mira quadam ratione inter se consentiunt:

		$\mathfrak{N}^{1\cdot 2}\mathfrak{R}$	E(T) L (OR)
II	21	primi enim	primi E(T)O, primum LR
	21	et transgressi	transgressi
IV	9	maediam $\mathfrak{N}^{1\cdot 2}$ mediam $\mathfrak{R}$	inediam (media R)
XVIII	18	parata	data (data parata L)
XIX	5	adscisis $\mathfrak{R}$ adcisis $\mathfrak{N}^{1\cdot 2}$	abscisis
XX	6	seperet	seperat L, separet E(T)
XXI	5	utilitate $\mathfrak{N}^{1\cdot 2}$ utilitī $\mathfrak{R}$	utiliter
XXII	1	sompno	somno
	3	seperatae $\mathfrak{N}^{1\cdot 2}$ seperate $\mathfrak{R}$	separatae
XXVI	8	seperent	separent
XXIX	3	Cattorum	Cathorum E(T), cottorum L
XXX	1	Chacti .	Cathi E, cati T, cacti L
XXXVII	12	danna	damna
	24	pertulerunt	perculerunt
	27	hyberius	hibernis
XXXVIII	13	hornatiorem	ornatiorem
XL	14	quemcunque	quaecunque
XLV	35	resinanive	resinamve

Quorum locorum numerus est maior, quam ut librorum $\mathfrak{N}^{1\cdot 2}\mathfrak{R}$ consensum fortuitum esse arbitremur. Immo eo adducimur, ut eos e codicis Z apographo peculiari derivatos

esse censeamus, quod diversum sit et ab eo, unde LOR originem deduxerunt, et ab E(T). Quam ad coniecturam optime quadrat, quod $\mathfrak{N}^{1\cdot 2}\mathfrak{R}$ multis aliis locis contra E(T)OLR consentiunt in aliqua lectione plerumque genuina. Ad hanc rem pertinet, quod supra dixi de nominis Chattorum scribendi ratione: $\mathfrak{N}^{1\cdot 2}\mathfrak{R}$ semper fere praebent *Chatti Chattos Chattorum,* cum L his locis saepe corruptus sit, E(T) *Cathi Cathos Cathorum* exhibeant. Huc accedit, quod $\mathfrak{N}^{1\cdot 2}\mathfrak{R}$ in eligendis archetypi lectionibus duplicibus ita versati sunt, ut — paucis locis exceptis — constanter eam praeferrent, quam in archetypi textu positam fuisse codex Aesinus summa religione descriptus testis est: in libris vero LOR plerumque altera scriptura occurrit, quae in Aesino quidem margini adiecta erat (vide quaeso tabulam infra propositam). Ut nonnulla afferam exempla, contra LOR consentiunt libri $\mathfrak{N}^{1\cdot 2}\mathfrak{R}$ XVI 4. XX 19. XXVI 6. 7. XXXI 7. XXXIV 1. XXXV 6. XXXVI 9. XXXVII 4. 28. XXXVIII 12. 16. XXXIX 1. 4. 13. 14. XL 5. XLIII 15. XLV 5 aliis locis.

Atque tantum abest, ut hoc casu factum esse putem, ut contra talem delectum iam ab eo habitum esse suspicer, cuius operae librorum $\mathfrak{N}^{1\cdot 2}\mathfrak{R}$ archetypum debetur. Quod denique $\mathfrak{N}^{1\cdot 2}\mathfrak{R}$ in ratione scribendi saepe easdem leges sequuntur, omittendum esse existimo, quia res orthographicas[1]) in talibus libris, quippe qui sub finem saeculi XV orti sint, plerumque minimi momenti esse constat.

Quae cum ita sint, demonstratum esse mihi quidem videtur, editiones $\mathfrak{N}^{1\cdot 2}\mathfrak{R}$, quarum Romanae textus permultis corruptelis laborans Norimbergensibus multo deterior est, peculiari codicis Z apographo attribuendas esse.

Transeamus denique ad quaestionem de codicibus LOR ad finem perducendam primumque in inquisitionem

---

1) Commemoratu fortasse est dignum, $\mathfrak{N}^{1\cdot 2}\mathfrak{R}$ exhibere XXVII 5 *sepulchrum,* XXVII 7 *lachrimas.*

vocemus lectiones Ariminensis[1]) proprias, e quibus multae librarii studio emendatorio debentur; e quo numero notabiliores sunt hae:

R (falso)	LO𝔑$^{1\cdot 2}$ℜ (*ita* E[T])
II 16 Herminones (*ita* T *corr.*)	hermiones
19 Vandiilos	Vandilios
22 expulerunt	expulerint
24 ac victorie	a victore
III 12 Asciburgium	Asciburgiumque (Asciburgumque E[T])
19 repellere	refellere
IV 9 media	inediam E[T]LO
	maediam 𝔑$^{1\cdot 2}$, mediam ℜ
V 3 quam gallia	qua Gallias
6 quid est suus	quidem suus (quidem suis L)
12 aut perinde (*ita* T)	haud perinde LOR
	per
	haud proinde E
	haud proinde 𝔑$^{1\cdot 2}$
	per perinde L
VI 7 Massilia	missilia
8 singula	singuli
16 *omis.*	penes
18 pedum	peditum
VII 10 fuerunt	ferunt
16—17 ille . . . pavet	illae . . . pavent
IX 7 aductam	advectam

[1]) Qui Ariminensem exaravit, emendandi et interpolandi studio multo magis indulsit quam librarii ceterorum librorum, qui ex apographo Z fluxerunt; quod verum esse facile concedet, qui tabulam illam lectionum codicis R propriarum cum diligentia perlustraverit. Atque hae interpolationes fortasse debentur Rainero Maschio, qui librum R inde a cap. XXII 15 ipse descripsit (vide Reitzensteinium in Philologi n. s. vol. XI 1898 p. 308).

		R (falso)	LO$\mathfrak{N}^{1\cdot2}\mathfrak{R}$ (*ita* E[T])
XI	7	vitium	initium
	8	concidunt	condicunt
	10	ut iussi (*ita* XY)	iniussi
	11	coeuntium(*ita*XY)	coetium L$\mathfrak{N}^{1\cdot2}$ caetuum E(T), coetuum OR
XII	5	insuper crate iniecta	iniecta insuper crate
XIII	3	suspectorum	suffecturum
	4	pater (*ita* XY)	ipsi
XV	4	agnorum	agrorum
XVII	15	paret	patet
XVIII	14	cognationes	cogitationes
XXXIV	1	dulgicibnii	Dulgibini $\mathfrak{N}^{1\cdot2}\mathfrak{R}$ dulcubuni L Dulgicubini, *i. m.* dulgibini E Dulgicubuni, *i. m.* dulgibnii T
	2	Chasuarii	Thasuarii (Thua Thasuarii L)
XXXVII	17	†obiecerentur (*adiecto signo corruptelae*)	obiecerunt
XLIII	12	ligiorum	y legiorum (Legiorum E)
	14	Alistonas, *i. m.* Helistos	helisios $\mathfrak{N}^{1\cdot2}\mathfrak{R}$, helysios E Elisios T, Alisios nas L

E qua tabula facile intellegitur, Ariminensem multis locis valde corruptum vel potius interpolatum esse, quibus ceteri familiae Z libri inter se plerumque consentientes aliam exhibent lectionem modo genuinam modo mendosam. Quae cum ita sint, codices OL ex Ariminensi non fluxisse constat; librorum $\mathfrak{N}^{1\cdot2}\mathfrak{R}$ textum omnino ad R non redire iam supra vidimus: aetate enim hoc sunt superiores.

Restat, ut verba faciamus de nonnullis locis, ubi R a lectionibus classis Z propriis plane abhorrens cum familiis XY conspirat. Sunt autem hi loci:

	RXY	Z
XI	10 ut iussi	iniussi
	11 coeuntium	coetium *vel* coetuum
XIII	4 pater	ipsi

Quae discrepantiae ita tantum explicari possunt, ut censeamus, aut codicis R librarium in exarando codice raro librum adhibuisse classis X vel Y, aut R descriptum esse ex exemplari, quod paucis locis ad familiarum X vel Y fidem correctum fuit: quod tum demum ad liquidum adduci poterit, cum codicis R plena collatio praesto erit.

Huc fortasse accedit, quod R a ZX abhorret cum Y exhibens II 10 *Herminones* et VII 17 *et exigere*; quamquam ego proclivior sum ut credam, his locis in Z et in Hersfeldensi duplices fuisse lectiones.

Utrum liber ille, e quo R derivatus est, codex Z, i. e. familiae Z archetypum et Hersfeldensis filius, fuerit an apographum quoddam eius, momenti non est. Id certe constat, tales lectiones velut XI 10. 11. XIII 4 non primitus exstitisse in Z. Neque enim in Aesino diligentissime descripto neque in LO𝔑[1·2]𝔑 earum vestigia apparent.

Quantum autem attinet ad Ottobonianum et Vaticanum, eos XI 10. 11. XIII 4 contra R cum Z consentire e tabula p. 4 sq. proposita apparet; praeterea iam diximus, veri esse simillimum, utrumque posteriorem esse codice Ariminensi. Quae cum ita se habeant, aut O et L — si fingimus, Ariminensem descriptum esse ex exemplari quodam ad familiae X vel Y fidem emendato — non ad idem referendi sunt archetypum ad quod R, aut eorum auctores correcturas illas neglexerunt eas lectiones praeferentes, quae primitus ibi scriptae fuerunt. Sed cum nulla alia re impediamur, quominus LOR eidem libri Z apographo attribuamus, illae discrepantiae optime ita explicantur, ut Ariminensis librarium in eligendis archetypi lectionibus alias leges secutum esse statuamus atque eos, qui codices LO exaraverunt.

Nonnulla iam afferre mihi liceat exempla, quibus demonstretur, codicem Vaticanum lectionibus peculiaribus vel potius corruptelis minime carere; quin etiam mendosissimum esse hunc librum eum non effugiet, qui eius collationem accurate inspexerit. Atque primum multos inveni locos, quibus ceteri quidem familiae Z libri integri sunt, in L autem singula vel compluria verba desunt. Vaticani librarius omisit: V 14 quae, 21 nulla, VIII 11 habitam sed et olim Albriniam, XV 17 eo, XIX 7 maritus, 15 ultra, XX 13 obsidibus, XXIII 5 famem, XXVI 12 perinde nomen, XXVII 9 est, XXXIII 7 milia, XL 5 Suardones, 17 nota tunc tantum, XLI 5 in, XLV 25 etiam, 38 a (*ante* libertate).

Praeterea autem in L plurimae omnis generis corruptelae occurrunt, ut notabiliores tantum exscripserim earum, quae capitibus inde a primo usque ad tricesimum continentur (interpolationes in L desunt, nisi forte lectiones quales II 6. V 6. XIX 8. XX 2. XXX 8 in hoc numero habentur).

		L	(OR) 𝔑[1·2]𝔑 (ita E [T])
I	6	tellum	bellum
II	1	crederim mimeque	crediderim minimeque
	6	manibus	navibus
	8	peteretur	peteret
	10	situr	sit
III	13	et rhene	Rheni
	15	quando	quin
V	6	suis	suus
VI	3	hastis	hastas
	20	numeris	numerus
X	1	fortesque	sortesque
	2	fortium	sortium
	3	forculos	surculos
XII	13	plebi	plebe

		L	(OR) $\mathfrak{N}^{1\cdot 2}\mathfrak{R}$ (ita E [T])
XIII	9	assignaret	assignant
	11	quando	quin
XV	7	amant	ament
XVI	13	aperiri	aperire
XVII	6	et ipse	ripae
XVIII	13	decor	deos
XIX	8	inpudicitie	pudicitiae
	17	amant	ament
XX	2	mirantur	miramur
XXI	4	et petorum	ac pecorum
XXII	2	lavant	lavantur
XXIV	12	veniri	venire
XXV	2	suis	suam
XXVIII	6	divisis	divisas
	8	alvetij	Helvetii
	23	sue	sui
XXIX	3	cottorum	Cattorum (Cathorum E[T])
XXX	4	cathattos	Chattos (Cathos E[T])
	8	proponere	praeponere
	9	nosce	nosse
	15	oneratur	onerant

Cum hae corruptelae in libris OR $\mathfrak{N}^{1\cdot 2}\mathfrak{R}$ non legantur, eos ex Vaticano 2964 non esse descriptos manifestum est. Atque quamvis magnus sit numerus sordium in codice L exhibitarum, tamen non habemus, quod eum non eidem vindicemus archetypo, id est codicis Z apographo, e quo Ariminensis et Ottobonianus descenderunt. Id certe constat, librum L exaratum esse maxima socordia, ut eius auctorem fuisse virum certe indoctum veri sit simillimum. Quod in L duplices lectiones omnino nullae leguntur, ita explicari potest, ut librarium in eam se vertisse censeamus consuetudinem, ut talium lectionem alteram tantum transcriberet, alteram neglegeret. Neque enim habemus, quod duplices lectiones iam in huius codicis archetypo nullas fuisse suspicemur.

Sequuntur lectiones Ottoboniani propriae, quoad quidem commemoratione dignae sunt:

	O	LR 𝔑¹·²𝔑 (*ita* E[T])
I 3	seperetur	separatur (seperatur L)
9	septentrioli	septemtrionali
II 11	celebrat	celebrant
21	transgressos (-os *corr. in* -is)	transgressi
V 13	*omis.* (*ita* R)	muneri
IX 8	assimilari	assimilare (assimiliare L, assimulare R)
XI 19	*omis.*	est
XII 9. 10	*desunt*	pars mulctae regi vel civitati, pars ipsi qui vindicatur

Ex hac tabula intellegitur, Ottobonianum haud paucis locis corruptum, uno loco interpolatum (II 21) esse, ubi in ceteris libris, velut in LR 𝔑¹·²𝔑 genuinae lectiones animadvertuntur.

Atque iis locis, quibus L et R corruptelis laborant, O cum lectione vulgata facit, unde eum neque ex L neque ex R originem deduxisse efficitur. Quae res minime impedit, quominus hunc codicem eidem fonti deberi putemus atque Vaticanum illum et Ariminensem. Huc accedit, quod mira quadam ratione O cum R consentit in his corruptelis:

	RO	ceteri
III 3	car quorum	carmina quorum
5	aurantur	augurantur
V 13	*omis.*	muneri

III 3 et III 5 uterque librarius compendia quaedam neglexisse mihi videtur. Quantum autem attinet ad V 13, vocabulum *muneri* in eorum archetypo supra versum adiectum fuisse suspicor; quo factum est, ut L *muneri* in

textum reciperet, O et R omitterent[1]). Altera autem ex parte O contra R cum L congruit, ubicunque R a familia Z abhorret: XI 10. 11. XIII 4 (cf. supra p. 24). In eligendis denique archetypi lectionibus duplicibus codicis O auctor ita versatus est, ut IV 6 et IV 10 cum utroque (i. e. LR) consentiat, ab L discrepet his locis:

	OR	L
I 10	arbone	arnobe
III 4	baritum	barditum
IV 5	quamquam	tamquam,

cum L faciat his:

	OL	R
II 13	ei filium	et filium
16	Hermiones	Herminones
V 21	affectatione	affectione
VII 16	aut exigere	et exigere
X 15	candi	candidi.

Quae cum ita sint, meo iure concludere posse mihi visus sum, Ottobonianum medium fere esse inter Vaticanum et Ariminensem eidemque attribuendum codicis Z apographo.

Sed ut quaestionem, quae est de nexu librorum LOR $\mathfrak{N}^{1\cdot 2}\mathfrak{R}$, ad finem perducamus; restat ut in inquisitionem vocemus lectiones duplices, quas multas in familiae Z archetypo exstitisse Aesinus est testis, eas, e quibus alii libri alias elegerunt, et videamus, quid inde discamus. Lectiones illas duplices ex Aesini collatione ab Annibaldio

---

[1]) Quod Reitzensteinius in Philologi n. s. vol XI 1898 p. 310 codices OR etiam II 25 in vocabulo *etiam* omisso contra L consentire dicit, ea de causa falsum est. quod in L ut in ceteris familiae Z libris haec vox deest.

data exscripsi (undeviginti locis, quid in R scriptum exhibeatur, constat; quod attinet ad Ottoboniani textum mutilum, octo tantum loci huc spectant).

		E	
I	10	Arnobae, *i. m.* arbonae *vel* norie	Arnobe L𝔑$^{1\cdot2}$ℜ (Arnobae 𝔑$^{1\cdot2}$) arbone OR
III	4	Barditum, *i. m.* Baritum	Barditum L𝔑^{1}ℜ baritum OR𝔑^{2}
IV	6	li cerulei	caerulei 𝔑$^{1\cdot2}$ ceruli LORℜ (caeruli O)
	10	u assueverint	assueverint 𝔑$^{1\cdot2}$ assueverunt LORℜ
V	12	per proinde	proinde 𝔑$^{1\cdot2}$ perinde LORℜ
VI	14	coniuncto, *i. m.* cuncto	coniuncto O𝔑$^{1\cdot2}$ℜ cuncto LR
VIII	11	Auriniam, *i. m.* Albriniam	Auriniam 𝔑$^{1\cdot2}$ℜ, *omis.* L, Auriniam, *i. m.* Albriniam O Albriniam R
X	15	di candi	candi LO𝔑$^{1\cdot2}$ℜ candidi R
XVI	4	locant, *i. m.* longant	locant L longant 𝔑$^{1\cdot2}$ℜ
XX	19	gratiosior, *i. m.* gratior	gratiosior 𝔑$^{1\cdot2}$ℜ gratior L
XXVI	6	prestant, *i. m.* prebent	prestant 𝔑$^{1\cdot2}$ℜ praebent L
	7	laborare, *i. m.* labore	laborare L labore 𝔑$^{1\cdot2}$ℜ
XXX	9	occioes, *i.* m. occasiones	occioes L, occasiones ℜ necessitates 𝔑$^{1\cdot2}$

		E	
XXXI	1	a raro	raro Lℜ rara 𝔑$^{1.2}$
	7	o nascendi	nascendi L noscendi 𝔑$^{1.2}$ℜ
XXXIV	1	Dulgicubini, *i. m.* Dulgibini	dulgicibnii R Dulgibini 𝔑$^{1.2}$ℜ dulcubuni L
XXXV	6	sinuetur, *i. m.* sinatur	sinuetur 𝔑$^{1.2}$ℜ sinant L
XXXVI	9	adversariis adversarum	adversarum 𝔑$^{1.2}$ℜ adversariis L, adversarios R
XXXVII	4	tum ambitu	ambitu L ambitum 𝔑$^{1.2}$ℜ
	28	pulsi inde, *i. m.* nam	pulsi inde 𝔑$^{1.2}$ℜ pulsi nam LR
XXXVIII	12	in solo vertice, *i. m.* in ipso	in solo vertice 𝔑$^{1.2}$ℜ in ipso vertice R in ipsa vertice L
	16	armantur, *i. m.* ornantur	armantur 𝔑$^{1.2}$ℜ armantur, *i. m.* ornantur R ornatum L
XXXIX	1	Semones, *i. m.* Semnones	Semones 𝔑$^{1.2}$ℜ senones L
	4	omnes, *i. m.* nominis *vel* numinis	omnes 𝔑$^{1.2}$ℜ numinis LR
	13	Semonum, *i. m.* Semnonum	Semonum 𝔑$^{1.2}$ℜ sennonum L
	14	corpore, *i. m.* tempore	corpore 𝔑$^{1.2}$ℜ tempore L

		E	
XL	3	V Reudigni	Reudigni Rℜ Veudigni L𝔑$^{1.2}$
	5	Suarines, *i. m.* Suardones	Suarines 𝔑$^{1.2}$ℜ Suardones R *omis.* L
XLIII	12	y Legiorum	legiorum L𝔑$^{1.2}$ℜ ligiorum R
	15	Nahanarvalos, *i. m.* naharvalos	Nahanarvalos 𝔑$^{1.2}$ℜ Naharvalos R Naharvolos L
	31	i Protenus	protenus 𝔑$^{1.2}$ protinus Lℜ
XLV	5	deorum, *i. m.* eorum	deorum 𝔑$^{1.2}$ℜ eorum LR
	8	Sevici, *i. m.* Suevici	Sevici ℜ, Saevici 𝔑$^{1.2}$ Suevici L
	27	Oxionas, *i. m.* etionas	Oxionas 𝔑$^{1.2}$ℜ etionas L

Omnibus his locis libri LOR𝔑$^{1.2}$ℜ simplices lectiones praebent exceptis singulis locis in O et R: O exhibet duplicem scripturam VIII 11, R XXXVIII 16. E tabula primo quidem obtutu apparet, alios libros alias elegisse archetypi lectiones atque omnes ita inter se dissentire, ut alium ex alio deductum esse cogitari non possit.

In delectu variarum lectionem habendo singuli codices ita se habent, ut Ottobonianus (O) ex VIII locis in censum vocatis

abhorreat ab 𝔑^{1} VI (𝔑^{2} V), ℜ III, R III, L IV,
faciat cum 𝔑^{1} II (𝔑^{2} III), ℜ V, R V, L IV;


Ariminensis (R), cuius collatio non est plena, ex XIX locis discrepet ab $\mathfrak{N}^1$ XIX ($\mathfrak{N}^2$ XVIII), $\mathfrak{R}$ XIV, L XII,
consentiat cum $\mathfrak{N}^1$ numquam ($\mathfrak{N}^2$ I), $\mathfrak{R}$ V, L VII;

Vaticanus (L) ex XXXIV locis
dissentiat ab $\mathfrak{N}^1$ XXIX($\mathfrak{N}^2$ XXX), $\mathfrak{R}$ XXIV,
congruat cum $\mathfrak{N}^1$ V($\mathfrak{N}^2$ IV), $\mathfrak{R}$ X.

Quare adducimur eo, ut neque L ex $\mathfrak{N}^{1\cdot2}\mathfrak{R}$ derivatum esse pro certo habeamus neque hos libros ex L. Nec minus editionem $\mathfrak{R}$ ex locis XXXIV ab editionibus Norimbergensibus abhorrere videmus octies: IV 6, IV 10, V 12, XXX 9, XXXI 1, XL 3, XLIII 31; quibus discrepantiis impedimur, quominus $\mathfrak{R}$ ex $\mathfrak{N}^1$ vel $\mathfrak{N}^2$ manasse censeamus. De his tribus libris accuratius supra disputatum est.

Ex qua lectionum comparatione in universum apparet, primum quidem nullum librum descriptum esse ex altero, deinde ex altera parte libros LOR, ex altera $\mathfrak{N}^{1\cdot2}\mathfrak{R}$ arto affinitatis vinculo inter se coniunctos esse.

Quoniam ad finem perducta est inquisitio, quae de librorum ad familiam Z spectantium origine et nexu invenisse mihi videor, in stemma confero hoc:



Iam pauca adicere mihi liceat de natura et indole codicis Z et ipsius libri Henochiani. Dictum iam est, in codice Z extitisse permagnum numerum lectionum duplicium, quarum plurimae cum religione descriptae sunt ab Aesini librario; e quo numero multas supra enotavi (p. 29 sqq.), praeter quas in codice E animadvertuntur et libro Z vindicandae sunt hae: II 22. X 19. X1 13. XIX 2. XXIX 8. XXXIV 8. 11. XXXVI 2. XXXVIII 6. XXXIX 3. XLIII 14. 15. XLV 19. Quibus lectionibus ab Aesini auctore traditis haud paucae confirmantur earum, quae a classis X codice A et ipso magna cum diligentia exarato exhibentur; quorum duorum testium consensu eo adducimur, ut lectiones duplices in utroque extantes Hersfeldensi vindicemus. Sunt autem hae: I 10. IV 6. 10. V 12. VI 14. VIII 11. XI 13. XVI 4. XX 19. XXVI 6. 7. XXXI 1. 7. XXXIV 1. XXXVI 9. XXXVII 4. 19. 28. XXXVIII 12. 16. XXXIX 1. 4. 13. 14. XLIII 12. 14. 15. 31. XLV 8. XLVI 27.

In A non leguntur hae duplices lectiones, quae in E extant:

		u
II	22	Tingri
III	4	Barditum, *i. m.* Baritum
		sed
X	19	apud
XIX	2	nullis *i. m.* non
XXIX	8	collationibus, *i. m.* collocationibus
XXXIV	8	illa, *i. m.* illis
	11	consensimus, *i. m.* consuevimus
XXXV	6	sinuetur, *i. m.* sinatur
XXXVIII	6	sicut, *i. m.* sic
XXXIX	3	statuto, *i. m.* stato
		V
XL	3	Reudigni
	5	Suarines, *i. m.* Suardones
XLIII	15	religionis, *i. m.* regionis
XLV	5	deorum, *i. m.* eorum
	19	queve, *i. m.* vero

E quo numero nonnullas certe Hersfeldensi attribuendas esse libris ABCD inter se dissentientibus demonstratur.

E (*cum* Hersfeldensi)		
X 19	apud [supra: sed]	apud ABC sed apud D
XXIX 8	collationibus, *i. m.* collocationibus	collationibus BCD collocationibus A
XXXV 6	sinuetur, *i. m.* sinatur	sinuetur AB sinatur CD
XL 3	Reudigni [supra: V]	Reudigni CD Veusdigni AB
5	Suarines, *i. m.* Suardones	Suarines ABCD Suardones *libri nonnulli*[1]
15	religionis, *i. m.* regionis	religionis AB regionis CD

Praeterea in A his locis duplices inveniuntur lectiones, quae in E desunt: IV 5. VI 19. XII 5. XXII 15. XLI 2. XLVI 1. Ex hoc numero nostro iure Hersfeldensi vindicare possumus eas, quas in codice Z scriptas fuisse constat vel potius veri est simillimum. Quod accidit IV 5 et XLI 2, ubi singuli libri familiae Z inter se pugnant:

A (*cum* Hersfeldensi)		
IV 5	quamquam, *i. m.* tamquam	quamquam E(T)OR $\mathfrak{N}^{1\cdot 2}\mathfrak{R}$ tamquam L
XLI 2	propior [supra: ri]	propior EL $\mathfrak{N}^{1\cdot 2}\mathfrak{R}$ proprior T (*ita* C)

---

[1]) Laurent., Angelic., Urbin. 412, Turicens., Vindob. 49, Venetus, Paris. 1180, Vindob. 711 (*i. m.*), Stuttgart. (*i. m.*).

Pauca denique adnotare liceat de libro Z, in quo duplices lectiones etiam his locis extitisse videntur, ubi libri familiae Z inter se dissentiunt; comparationis causa codicum ABCD vel aliorum lectiones adieci.

		Z	
I	4	latos E (T) O $\mathfrak{N}^{1\cdot2}\mathfrak{R}$ (lacos R)	latos ACD
		latus L	latus B (B² *corr.*) *alii* (*velut Laurent.*, *Angelic.*, *Urbin.* 412)
II	5	urbe LR $\mathfrak{N}^{1\cdot2}\mathfrak{R}$	o
		orbe E(T)O	urbe *Stuttgartiensis*
	13	ei filium EOL $\mathfrak{N}^{1\cdot2}\mathfrak{R}$	ei filium AB (B² *corr.*)
		et filium TR	et filium CD
	21	primi E(T)O (primi enim $\mathfrak{N}^{1\cdot2}$)	primi ABCD
		primum LR	primum *alii* (*Hummel.*)
III	9	obiectis E(T)OR $\mathfrak{N}^{1\cdot2}\mathfrak{R}$	obiectis AB
		abiectis L	abiectis C, dictis D
V	12	aut RT	aut D
		haud ELO $\mathfrak{N}^{1\cdot2}\mathfrak{R}$	haud ABC
	21	affectatione E(T)LO $\mathfrak{N}^{1\cdot2}\mathfrak{R}$	affectatione AB
		affectione R	affectione CD
VII	5	vincire E(T) $\mathfrak{N}^{1\cdot2}$	vincire ABCD
		vincere LOR$\mathfrak{R}$	vincere *Monac.*, *Stuttg.*, *Venetus*
	16	aut (exig.) E(T)LO $\mathfrak{N}^{1\cdot2}\mathfrak{R}$	aut AB
		et R	et CD
XI	4	incidit LOR$\mathfrak{R}$	incidit ABCD
		inciderit E(T) $\mathfrak{N}^{1\cdot2}$	
XIII	4	cum ELO $\mathfrak{N}^{1\cdot2}\mathfrak{R}$	cum AB
		tum TR	tum CD

		Z	
XIII	9	adulescentulis LO$\mathfrak{N}^{1\cdot 2}$R (-us $\mathfrak{R}$) adolescentibus E(T)	adolescentulis ABCD
	14	principum cui E(T)LO $\mathfrak{N}^{1\cdot 2}\mathfrak{R}$ principium cui R	principum cui AB principium cui CD
XIV	13	tuere E(T), tuare $\mathfrak{R}$, tueare L tueantur $\mathfrak{N}^{1\cdot 2}$	tueare CD tuentur AB
XV	6	hebent E(T) $\mathfrak{N}^{1\cdot 2}\mathfrak{R}$ habent L	hebent ACD habent B
XVIII	18	data E(T) parata $\mathfrak{N}^{1\cdot 2}\mathfrak{R}$ data parata L	data ABCD
XIX	5	abscisis E(T)L adcisis $\mathfrak{N}^{1\cdot 2}$, adscisis $\mathfrak{R}$	abscisis *libri nonnulli* (cf. *ed. Muell.* p. 18) adcisis A, accisis BCD
XXVIII	16	affectationem E(T)L$\mathfrak{R}$ affectionem $\mathfrak{N}^{1\cdot 2}$	affectationem ABCD
XXX	14	quem E(T)L $\mathfrak{N}^{1\cdot 2}\mathfrak{R}$ quam, *i. m.* quem R	quem AB quam quam C, quem D quam, *i. m.* quem *Hummelianus*
XXXIII	2	Chamavos E(T)L $\mathfrak{N}^{1\cdot 2}$ Chamanos $\mathfrak{R}$	Chamavos ACD Chamanos B
XXXIV	2	Thasuarii E(T)L $\mathfrak{N}^{1\cdot 2}\mathfrak{R}$ Chasuarii R	Thasuarii ABC, occasuarii D Chasuarii *libri nonnulli* (cf. *ed. Muellenh.* p. 31)

	Z	
XXXVIII 11	sequuntur E(T)$\mathfrak{R}$, sequntur $\mathfrak{N}^{1\cdot 2}$	sequuntur AB
		secuntur C
	sequutu, *i. m.* secutu R	sequentem D
XLIII 14	Alistonas, *i. m.* Helistos R	
	Alisios nas L	
	helisios $\mathfrak{N}^{1\cdot 2}\mathfrak{R}$	Helysios CD
		r halisienas
	helysios E	Helysios A
	Elisios T	elisios B
XLV 9	abluuntur E(T)	abluuntur AB
	adluuntur LR $\mathfrak{N}^{1\cdot 2}\mathfrak{R}$	adluuntur D, alluuntur C
XLV 22	profertur E(T)L $\mathfrak{N}^{1\cdot 2}\mathfrak{R}$	profertur B
	perfertur R	perfertur ACD

Quo e numero lectionum variantium iusto iure Hersfeldensi attribuere possumus eas, inter quas non solum libri familiae Z, sed etiam codices AB (X) et CD (Y) alii alias elegerunt: I 4. II 13. III 9. V 21. XIII 4. 14. XXX 14. XLV 9. 22, fortasse etiam VII 5. XV 6. XIX 5. XXXIV 2. De XLIII 14 accuratiora invenies in Reitzensteinii commentatione supra laudata (Philolog. LVII 313).

Caput II.

De correctoris opera in Taciteo codice Leidensi conspicua.

Codicis Leidensis XVIII Q. 21 (Perizoniani) Taciti Dialogum et Germaniam, Suetonii de grammaticis et rhetoribus fragmentum continentis condicio fataque cum ab omni parte exposita sint a Georgio Wissowa in praefatione, quae praemissa est huic libro phototypice edito (Lugduni Batavorum 1907), haec nunc repetere nolo, sed de correcturarum in hoc codice occurrentium origine nonnulla habeo quae proferam.

Codicem Leidensem complures manus emendatrices passum esse eum, qui cum diligentia perlustraverit, fugere non potest. Ac permultae quidem animadvertuntur correcturae, quae quin ab eadem manu, quae totum codicem descripsit, confectae sint, propter atramenti colorem et litterarum formas dubium non est. Librarius enim munere suo ita functus est, ut, quae peccaverat, vel statim inter scribendum vel opere finito in perlegendo libro corrigeret nonnullosque etiam locos suis coniecturis temptaret. Cum scripturae menda postea sublata in Suetonio multo crebriora sint quam in Dialogo et Germania, eum, qui codicem exaravit, ad extremum neglegentius scripsisse apparet. Cum de hoc librarii studio Georgius Wissowa l. c. copiosissime disseruerit, transeamus iam ad ceteras manus, quarum in codice Leidensi vestigia inveniuntur.

Commemoratione vix digni sunt ii, qui librum legentes nonnullis locis medelam inferre studuerunt. Hos ea de causa non silentio praeteream, ne confundantur eorum correcturae cum iis, quae a correctore B^2 confectae sunt

et postea accuratius considerabuntur.[1]) Lector quidam correxit Dial. XXVIII 1 *tum* ex *qui*, Germ. XXVIII 16 *heruli* ex *neruli*, 21 *hubii* ex *nubii*. Idem Suet. p. 100,3 ad vocabulum a posteriore correctore B² radendo deletum — non fuit *artibus*, quod Georgius Wissowa coniecit, sed *studiis*: litterarum enim *s* prioris, *u*, *d* tenuia vestigia apparent — in margine notavit *disciplinis* (*nis* litterae a bibliopega resectae sunt). Haud scio an eadem manus ad Germ. XXXIV 10 *magnum* margini apposuerit lectionem *magnificum*, cuius maior pars *ificum* eodem modo a bibliopega abscisa est. B² cum utroque loco, et Suet. p. 100,3 et Germ. XXXIV 10, notas marginales textui inseruerit, sed ita, ut per errorem Suet. p. 100,3 pro *disciplinis* lectionem mendosam *discipulis* scriberet, posterior est eo, cui hae notae debentur.

Unde fluxerint hae correcturae, pro certo affirmari non potest. *heruli* (Germ. XXVIII 16) exhibent sex codices: Laurent. pl. 73,20, Angelic. S. IV 42, Urbin 412 inter se affinitate coniuncti (vide Wuenschium in Herm. XXXII p. 55 sq.), Venetus Marc. app. misc. cl. XIV 1, Paris. 1180, Harleianus 1895; deinde per analogiam lectio *nubii* (Germ. XXVIII 21) in *hubii* mutata esse videtur. Neque *hubii* neque *tum* (Dial. XXVIII 1) in ullo libro leguntur; qua de causa dubium non est, quin hae correcturae in coniecturarum numerum referendae sint. *magnificum* (Germ. XXXIV 10) contra in omnibus codicibus familiae Y occurrit. Quod denique attinet ad *disciplinis* (Suet. p. 100,3), nullus extat codex Suetonium continens praeter Leidensem, qui ab hac lectione abhorreat. Difficile igitur est de huius viri fonte iudicare. Sed cum certe duae correcturae (*hubii* et *tum*) ita solum explicari possint, ut pro coniec-

---

[1]) In locis enotandis eam secutus sum rationem, ut vulgaria scripturae compendia hic et ubique solverem; numeri referunt editiones Dialogi Michaelisianam, Germaniae Muellenhoffianam, Suetonii Reifferscheidianam.

turis habeantur, omnes ex illius lectoris ingeniolo prodiisse verisimile est.

Diversa est ea manus, quae fol. 46ᵛ notam marginalem de Alexandro Soltan Lituano scripsit. Posteriori[1]) autem tempori attribuendus est is, qui ad Germ. XLV 8 *suevici* lectionem *suionici* et ad Germ. XLVI 17 *asperant* coniecturam *asperat* in margine adnotavit. Alia denique manus ad Dial. XX 30 *informibus* in margine scripsit variam lectionem *fornicibus*, quod vocabulum legitur in codicibus Parisino 7773, Vindobonensi 49, Harleiano 2639, libro impresso 𝔅¹ (i. e. editione Spirensi), qui exhibent *in fornicibus tegulisque*. A B² haec correctura non confecta esse videtur, quia litterarum formae ab eo plane alienae sunt.

Horum vero virorum studia futtilia sunt prae opera satis strenua eius, qui — a Georgio Wissowa nomine glossatoris (B¹) appellatus — totum Dialogum Suetonianique fragmenti priorem partem permultis instruxit notis marginalibus, in quo numero sunt cum argumenti indiculi tum voces locutionesque singulares et memorabiliores et loci aliorum scriptorum comparandi causa adscripti. Usus est scriptura satis eleganti et subtili ita, ut litterarum formis acutis non solum a librario, sed etiam a correctore B² haud difficile discernatur. In Germania et in posteriore parte Suetonii inde a folio 50ᵛ nullum iam vestigium huius manus animadvertitur. De hoc quoque viro accuratiora invenies in docta illa et copiosa commentatione, quam a Georgio Wissowa codici Leidensi phototypice edito adiectam esse supra commemoravi.

Pervenimus iam ad ipsum correctoris B² examen. Huius viri certe docti scriptura non tam elegans est quam glossatoris et ipsius librarii, a quibus differt inprimis nonnullis litterarum formis et calami ductu multo crassiore.

---

[1]) Cf. G. Wissowa, Zur Beurteilung der Leidener Germania-Handschrift (Festschrift zum 25-jährigen Stiftungsfest des historisch-philol. Vereins der Universität München) Monaci 1905 p. 11.

Praeterea memorabile est, eum usum esse atramento valde diluto, ut notae litteraeque singulares ab eo scriptae iam pallidiore colore agnoscantur. Nonnullis autem locis diversae manus, quarum vestigia in codice animadvertuntur, aegre dinoscuntur. Cum codicem Leidensem phototypice editum iterum atque iterum inspexissem, mihi contigit, ut non paucos virorum doctorum errores detegerem, qui continentur apparatu qui dicitur critico earum editionum, quas in usum vocavi. Modo librario correctura tribuitur, quae a correctore confecta est, modo contra correctori conceditur emendatio, quae eidem abroganda est, modo denique duplicium lectionum altera correctoris manui addicitur, cum utraque librario debeatur. Quotiescunque igitur a virorum doctorum sententia et lectionibus abhorrui, hoc ad codicis simulacrum et Georgii Wissowa editoris fidem factum esse scias.

Quomodo B² textum omnium trium libellorum, et Dialogi et Germaniae et Suetoniani fragmenti emendaverit, postea considerabimus. Primum nonnulla verba faciamus de eo studio, quod glossatoris est. Cum B¹ alteram tantum codicis partem, Dialogum et Suetonium dico, adnotaverit, B² totius textus enarrationi operam dedit. Indiculi et notae marginales quamquam iis, quas glossatori B¹ attribuimus, similes sunt, tamen haud difficile internoscuntur. Indiculi a B² enotati non nisi in Germania frequentiores occurrunt, quia in ceteris libellis glossator B¹ huic studio summam operam dedit.

Permultos porro voces locutionesque, quas mentione dignas esse existimavit, similiter atque B¹ exhibuit; hae quoque in Germania aliquanto crebrius animadvertuntur, quas enumerare longum est. Praeterea plurima nomina propria in textu occurrentia in margine repetivit; in Germania, in qua glossatoris B¹ vestigia omnino nulla apparere iam adnotatum est, hae notae saepissime inveniuntur.

Cum glossator B^1 textus corruptelae medelam inferre non ausus sit, B^2 huic operae inde a primo usque ad ultimum folium ita indulsit, ut quidquid corruptum esse putaret aut expungendo aut perlinendo aut eradendo deleret et nova lectione eius loco posita expleret.

Nonnullis locis notae a B^1 in margine adscriptae a correctore B^2 emendatae sunt, unde hunc illo posteriorem esse apparet; vide hos locos: fol. 3^r B^2 mutavit *fabula* in *fabulae,* fol. 7^r *anabactra* in *anabathra,* f. 8^r *elegia* in *elegii*, f. 48^v *Sescennius* in *Fescennius* (item in textu); f. 27^r B^2 delevit *Sedet*, in textu autem solum *sed*, non *sed et*. Hae notae excepto Leidensi in nullo alio libro occurrunt; qua de causa correctorem B^2 haec e sua ipsius coniectura emendasse consentaneum est.

Eodem modo corrector etiam notas a librario e Pontani apographo transscriptas coniecturis temptavit. In
E
superiore margine folii 3^r B^2 *Asculano* radendo correxit in *Asculano;* magnam illam notam in folii 47^v margine posi-
E
tam ita emendavit, ut v. 16 *Asculanus* corrigeret in *Asculanus*, vv. 20. 21 *habendae sunt gratiae* in *habenda est gratia*; v. 24 *est invenisset* librarius ipse mutaverat in *adinvenisset*, unde B^2 effecit *invenisset*. Ad quas correcturas postea redeundum erit.

Qui codicem Leidensem exaravit, in orthographia a codice A discrepante Pontanum secutus esse videtur. Semper fere scripsit *mistus*, *iusta*, *coeterum*, *foemina*, *inchoare*, *Rhetia*, *Catti*; praeterea in vocabulis velut *hostis*, *hospitium*, *hortamina*. *bybliothecas* litteram *h* saepissime omisit, ut eorum loco exararet *ostis*, *ospitium*, *ortamina*, *bybliotecas*. Viginti duobus locis corrector noster aspirationem superscribendo *h* restituit:
Dial. XVIII 11. XXI 33. XXIII 27. XXX 25;

Germ. II 2. VII 17. XIV 19. XVI 15. XXI 7. 10. 11. 14. 17. XXXI 11. 12. XXXIII 12. XXXVIII 15. XL 14. XLII 26. XLIV 11. XLV 13;
Suet p. 121, 18.
In ceteris qui supersunt codicibus hae voces exhibentur *h* non omisso.

Ad orthographiam spectant etiam nonnullae aliae correcturae, quas commemorasse satis habeo: Germ. III 10 B^2 mutavit *Ulyxem* in *Ulyssem*, III 15 *ulyxi* in *ulyssi*, XXXVII 8 *cons.* in *conss;* Germ. XXI 13 B scripserat *ius* (= *ius*), B^2 apicem adiecit: *íus* (aliter res se habet Dial. XXXII 16, ubi B^2 *íus* correxit in *uís* [= *vis*]; cf. infra). Dial. VI 21 B^2 vocabuli *uulgata* priorem litteram *u* ita restituit, ut ex parva (ut videtur) magnam efficeret, Dial. XXXIV 3 *referctus* B^2 mutavit in *refertus*, Germ. XXVIII 9 idem vocabuli *signatque* correxit litteram *t* minus claram.

Atque etiam nonnullae notae marginales a B^2 confectae inveniuntur, quae a textus vocabulis, ad quae pertinent, paulum (atque plerumque in orthographicis) discrepant. Videas quaeso hos locos: *incohatur* B^2 in margine posuit ad Germ. XI 5 *inchoatur, Hermanduri* ad XLI 3 *Hermundurorum, De Sucino* ad XLV 8 *succini.* Quod per neglegentiam factum esse apparet.

Item levioris momenti esse censeo, quod B^2 Dial.
e
XXIII 28 duplicis lectionis *planitas* alteram *planitas* in margine posuit, quae excepto codice D in omnibus libris occurrit. Eadem ratione usus est Germ. XLVI 1, ubi ad
curo
textus lectionem *Peucinorum* in margine enotavit *Peucini.* Germ. XXXIV 4 librarius ipse lectionem *frisiis* in textu mutaverat in vulgatam *frisis;* nihilominus B^2 exscripsit indiculum *frisij*, de quo suo loco iterum disputabitur. Pervenimus denique ad Germ. XLVI 25. 26, ubi a correctore

verba *securi adversus deos. Rem difficilem assecuti* in rasura scripta sunt omissa copula *sunt* post *assecuti.* Quanam de causa hic locus corrigendus vel explendus visus sit, cognosci non potest; rasura enim talis est, ut ne tenuia quidem vestigia appareant, e quibus quid ante scriptum fuerit, colligi possit. Codex A eandem praebet lectionem vocabulo *sunt* non omisso; ceteri autem codices exhibent *difficillimam* pro *difficilem.* Mihi quidem videtur librarius per errorem propter verborum similitudinem *securi adversus homines securi adversus deos* alterum membrum *securi adversus deos* omisisse; litterae enim, quibus B² lacunam radendo effectam explevit, nullo fere spatio intermisso constipatae sunt, ita ut propter spatii angustias etiam copula *sunt* praetermittenda fuerit.

Praeterea non desunt loci, quibus eandem emendationem intulerunt duae diversae manus, quarum altera ipsi librario, altera correctori B² attribuenda est. Huius generis correcturae ita confectae sunt, ut librarius plerumque puncta infra litteras delendas poneret, B² autem obliqua lineola perlita correcturam iteraret, vel ita, ut B lineolam duceret, B² punctis suppositis deleret. His locis tales emendationes duplices[1]) et a librario et a correctore factae animadvertuntur:

	B (primitus)	B B²
Dial. VIII 2	e proprium	proprium (B² *del.*)
XXXI 35	non erit	erit
XXXII 10	aut	ut
XXXV 17	et si	*del.*
XLI 21	orationibus	*del.*
Germ. XX 5	pectora	pecora

[1]) Aliter res se habet versu 16 illius notae a librario e Pontani libro transscriptae (fol. 47ᵛ), quo loco B exaraverat *E*
Asculanus, puncto infra *A* posito efficiens *Esculanus*; B² autem litteram *E* suprascriptam eradendo delevit, sed per errorem punctum illud integrum reliquit.

B (primitus)		B B²
XLIII	18 nominat	*del.*
	22 trucis	truci
Suet. p.	102,13 Catullo	Catulo
(p.	102,11 mellissus B *corr. in* melissus)	
p.	122,22 rescogniti	recogniti
p.	124,13 Epidici	Epidii

Convertamus nos iam ad ceteras emendationes a correctore codici nostro adspersas, quarum numerus permagnus est. Crebrae sunt in Dialogo et Germania, rarae in Suetoniano fragmento; quomodo hoc factum sit, ex ea quae sequitur disputatione elucebit. Qui has correcturas perlustaverit, diversa earum genera esse facile perspiciet: primum, quod consentit cum omnibus codicibus ceteris, id est, in quo lectiones Leidensis (vel Pontani) propriae correctae sunt ad fidem reliquorum codicum, quos Georgium Wissowa secutus signo ω notavi; ad alterum deinde genus spectant non pauci loci, quibus B² lectiones codicibus A et B id est familiae X communes correxit iis, quae in codicibus sectae Y occurrunt. Maioris autem momenti ad correctoris indolem recte cognoscendam est tertium genus: scilicet dimidia fere pars omnium emendationum correctoris B² — plus centum enumerabo — ita comparata est, ut a lectionibus X et Y (in Germania ZXY) familiis simulque codici Hersfeldensi propriis recedant earumque loco textui inferant novas lectiones, quas nonnumquam mendosas, saepius vere egregias esse editores consentiunt.

Hoc capite imprimis id mihi spectandum est, ut perscruter, unde B² correcturas suas sumpserit. Quod cum fieri non posset nisi excussis omnibus qui supersunt codicibus, ut plurimorum librorum manu scriptorum collationes accuratissime factas adhibere possem factum est insigni Ricardi Wuensch liberalitate, cuius apparatu critico meuti potuisse supra indicavi: in indice sequenti eos codices, quorum mihi praesto erant collationes Wuenschianae, asterisco notavi.

Innotuerunt mihi hi libri manuscripti (cf. G. Wissowa l. c. p. XII):

1. Dial. Germ. Suet.
   *Vaticanus 1862 (A).
   Leidensis XVIII Periz. Q 21 (B).
   *Neapolitanus IV C 21 (C).
   *Vaticanus 1518 (D).
   *Vindobonensis tab. publ. 711 (cf. F. Scheuer, *De Tacitei de oratoribus dialogi codicum nexu et fide* [*Bresl. philol. Abhandl.* vol. VI fasc. I a. 1891]).
   *Venetus Marcian. app. misc. cl. XIV 1 (cf. Thomas, *Über einen Codex Venetus zum Dial. und zur Germ. des Tacitus* [*Münch. gel. Anz.* III 1852 p. 1 sqq.)].
2. Suet Agr. Dial. Germ.
   *Vaticanus 4498 (vide editionis Michaelisianae praefationem).
3. Germ. Dial.
   *Vaticanus 2964.
   *Vindobonensis bibl. Caes. 49 (V) (cf. Ph. C. Hess, *Corn. Taciti Dial. de orat.*, Lips. 1841).
4. Dial. Suet.
   Ottobonianus 1455 (vide edit. Michaelis.).
   Parisinus 7773 (P) (vide Eggerum, *Zeitschrift für d. Altertumswissensch.* III 1836 p. 337 sqq.).
   Harleianus 2639 (H) (Peterson, *P. Corn. Tac. Dial. de orat.* 1893 p. LXXV sqq.).
   Urbinas 1194.
   Anbrosianus H 29 sup. (cf. R. Sabbadini, *Studi Ital.* XI p. 211 sqq.).
5. Agric. Germ.
   Aesinus (E) (cf. C. Annibaldi l. c.).
   Toletanus (T) (cf. Fr. Fr. Abbott, *The Toledo Manuscript of the Germ. of Tac.* [*Decennial Public. of the Univ. of Chic.* 1903, ser. I vol. VI]).

6. Germ.[1])

Monacensis 5307 (cf. R. Wuensch, *De Tac. Germ. cod. Germ.* p. 80 sqq.).

Stuttgartiensis hist. IV n. 152 (ibidem).

*Laurentianus plut. 73, 20.

*Angelicanus S. IV 42.

*Urbinas 412 (de quorum affinitate vide Wuenschium in Herm. XXXII p. 55 sq.).

*Parisinus nov. acquis. 1180 (cf. Wuensch, l. c. p. 48 sqq.)

*Ottobonianus 1795 (Wuensch l. c. p. 46).

*Turicensis bibl. canton. C 56 (K).

Harleianus 1895 (vide Massmanni apparatum).

Caesenas (cf. M. Lehnerdt in Herm. XXXIII p. 504).

Riccardianus 158 (cf. R. Sabbadini, *Studi Ital. di filol. class.* XI p. 228 sq.).

Ariminensis bibl. Gambalunghianae IV D 112 (cf. M. Lehnerdt l. c. p. 505. R. Reitzenstein in Philologi vol. LVII a. 1898 p. 307 sqq.).

Cantabrigiensis universitatis Harvardianae apud transmarinos (cf. E. K. Rand, *American Journal of Philology* vol. XXVI a. 1905 p. 300 sqq.).

Philippsianus Cheltenhamensis 6748 (cf. H. Schenkl, *Bibl. patr. latin. Britannica* n. 1650, 6 [*Sitzungsberichte der Wiener Akademie* vol. 127, 1892 p. 9]).

7. Suet.

Gudianus 93 (vide Reifferscheidii apparatum).

Berolinensis lat. fol. 28 (cf. Fr. Osann, *C. Suetonii Tranquilli de gramm. et rhet. libelli* 1854).

Bodleianus Canonicianus lat. class. n. 151.

Philippsianus Cheltenhamensis 7283 (cf. R. Ellis, *Journal of Philology* vol. XIX a. 1891 p. 174 sq. n. I. H. Schenkl, *Bibl. patr. lat. Britannica* 1712, 1 [l. c. vol. 127 p. 14]).

---

[1]) Arundelianus et Bambergensis perierunt; quorum nonnullas lectiones tradidit Lipsius. De restituendo codice Hummeliano, quem A. Holder et Aem. Baehrens immeritis laudibus extulerunt, cf. R. Wuensch, *De Tac. Germ. cod. Germ.*, Marpurgi 1893.

Marlboroughianus Blenheimensis 4⁰, chart., s. XV (cf. H. Schenkl, *Bibl. patr. lat. Brit.* n. 4960, 2 [l. c. vol. 150 p. 76]).

Ambrosianus (vide Rothium, *C. Suetonii Tranquilli rel.* 1858 p. LII not. 30).

Florentinus Laur. plut. 89 (ibid.).

Havniensis (vide Ioannem Arntzen, *Sexti Aurelii Victoris Historia Romana*, Amstelodami Trajecti Batavorum 1733, praef.)

In Dialogo usus sum praeter apparatum editionis Michaelisianae codicum ABCD Ottoboniani 1455 collationibus ab Adolpho Michaelis diligentissime factis et a Georgio Wissowa mihi commodatis.

Atque iam dudum viri docti animadverterunt, correcturas a B² textui intrusas mirum quantum consentire cum lectionibus nonnullarum editionum vetustiorum et paucorum codicum, qui cum illis arto cognationis vinculo coniuncti sunt. Qua de causa quaerendum est, num re vera B² tali libro usus esse potuerit. Cui tempori debeatur corrector noster, nescimus; id certe constat, eum codicem emendasse multo post annum 1460, cuius anni vere Jovianus Pontanus Umber librum suum descripsit, e quo quin brevi post codex noster originem traxerit, dubium non iam est. Post hoc tempus codex Leidensis, ut supra vidimus, operam passus est glossatoris B¹ atque interpolationem alterius cuiusdam manus, quam et ipsam correctore anteriorem esse demonstravimus. Qua de causa B² ei attribuendus est aetati, qua Taciti opera tum nota iam saepius typis erant descripta. Quae cum ita sint, certe fieri potuit ut corrector B² lectiones suas e libro quodam impresso sumeret. Itaque etiam editionum vetustiorum rationem habui, ut, quantum consentirent cum correcturis a B² confectis, ad liquidum perducerem. Harum editionum collationes, quoad pertinent ad Germaniae textum, extant in Massmanni Germania (1847); quas cum non semper fide dignas esse mihi persuasissem, ipsis editioni-

bus perquirendis operam dedi. A me denuo collati sunt libri inde ab anno 1470 usque ad annum 1502 typis descripti omnes, quos aetatem tulisse constat:

1) editio princeps Spirensis ($\mathfrak{V}^1$), Venetiis anno 1470 emissa,
2) ed. Bononiensis a. 1472 ($\mathfrak{B}$),
3) ed. Norimbergensis a. 1473 ($\mathfrak{N}^1$),
4) ed. Norimbergensis altera a. 1473 ($\mathfrak{N}^2$),
5) ed. Romana a. 1474 ($\mathfrak{R}$),
6) ed. Puteolani ($\mathfrak{M}$), quae anno 1475 Mediolani prelum subiit,
7) ed. Veneta a 1476 ($\mathfrak{V}^2$), quae Germaniae textum e Spirensi repetivit,
8) ed. Puteolani altera ($\mathfrak{V}^3$), quae Venetiis a. 1497 ex $\mathfrak{M}$ expressa est,
9) ed. Lipsiensis a. 1502 ($\mathfrak{L}$).

Qui libri e bibliothecis Regia Berolinensi et Monacensibus Regia et universitatis liberaliter huc transmissi a me excussi sunt. Libri $\mathfrak{V}^{1\cdot3}\mathfrak{M}$ opera Taciti tum temporis nota omnia continent ($\mathfrak{V}^1$ Agricola caret); $\mathfrak{B}\,\mathfrak{N}^{1\cdot2}\mathfrak{R}\,\mathfrak{V}^2$ Germaniam exhibent, $\mathfrak{B}\,\mathfrak{V}^2$ etiam Diodori Siculi historiarum priscarum partem. De libris $\mathfrak{N}^{1\cdot2}\mathfrak{R}$ in capite priore accuratius disputatum est.

Expositis ita subsidiis nostris ad rem ipsam accedamus primumque consideremus eas lectiones codicis Leidensis proprias, quae a B^2 ad ceterorum vel potius plurimorum librorum auctoritatem correctae sunt. Tabulam earum ita comparavi, ut altera columna contineat lectiones codicis nostri (B), altera correcturas a B^2 confectas et cum ceteris codicibus (ω) librisque impressis consentientes; nonnullis locis, ubi unus et alter codicum a B^2 abhorret, discrepantias, quoad graviores sunt, adnotavi. Numeri sequuntur hic et ubique editiones Dialogi Michaelisianam, Germaniae Muellenhoffianam, Suetonii Reifferscheidianam.

	B	$B^2\omega$ libri impressi
Dial. I 4	eloquentia	eloquentiae (*omis.* Paris. 7773, Vind. 49, Harl. 2639, $\mathfrak{B}^{1\cdot 3}\mathfrak{M}$)
III 11	emisit	omisit (misit C)
V 3	cogitationibus (*ita* C Vat. 4498)	cognitionibus (*omis.* D)
X 37	ac	et
XIII 17	alligat	alligati (ligati Ott. 1455)
30	mea	mei
XXII 15	limine	lumine
XXIX 18	ullam	ullas
18	crebriorem	crebriores
XXXI 32	pugna . . . (*nescio quidnam fuerit*)	pugnacitatem (pugnantem D)
36[1])	artem	civitatem
41	de . . . ratur	desideratur (sid *in ras.* B^2)
42	reperitur	requiritur
XXXII 16	ius (*ita* D Ott. 1455, Vind. 711)	vis
35	aperire	aperiri
XXXIV 10	multumque	multum
XXXVII 42	quoque maior	quo maior
XXXVIII 5	competendi nationes	comperendinationes (comperendinationis Ott. 1455, Vind. 711)
XXXIX 29	egerint	egerunt
Germ. I 4	latus (*ita* Laur., Angel., Urb. 412, Vat. 2964)	latos (lacos R)
II 9	nisi (*ita* Laur., Angel., Urb. 412, Harl. 1895)	nisi si (nisi sibi Turic., Humm., Vind. 711, Monac.)

[1]) Dial. XXXI 36 B, non B^2 mutavit *grammaticae musicae et geometricae* in *grammatice musice et geometrice*. cum qua correctura consentiunt cdd. omnes exceptis D Vind. 711, Vind. 49, Veneto, qui *grammaticae musicae et geometricae* exhibent.

	B	$B^2\omega$ libri impressi
II 18	gabrinios (gambriniosUrb.412, Vat. 2964, Venet., Paris. 1180, gambrunos Angel., Monac., gambrios Stuttg.)	gambrivios (gabrivios B^2 [1])
III 12	astiburgiumque	asciburgiumque (Assiburgiumque D, Asciburgumque E T, Asciburgium R)
VI 14	cuncto (*ita* Vat. 2964, Vat. 4498, Hummel., Vind. 711, Stuttg., Monac., R; conc- convicto to D, cuncto C)	coniuncto (coniuncto, *i. m.* cuncto A E, cuncto, *i. m.* $m.^2$ Venet.)
VIII 5	sua	suarum
XII 7	supplicia	flagitia (flagia T)
XVII 4	fluitatem	fluitante
XX 18	magis	maior (maiorum C)
XXVIII 1	sumus (*ita* D) (cf. Dial. VI 15 . X 24: sumus B, B^2 *non corr.*)	summus
9	boihemionem (*simili modo* Laur., Angel., Urb. 412, Vind. 711; Bois e munere nomen Bamberg., Arundel.; Borrenum Harl. 1895)	boihemi nomen *plerique* (*pauci litteram* h *omittunt*)

---

[1]) Pretium huius correcturae positum esse mihi videtur in littera *n* in *v* mutata; quod B *gabrinios* pro *gambrinios* exhibet, neglego.

		B	$B^2\omega$ libri impressi
XXVIII	16	citra (cura $\mathfrak{N}^{1\cdot 2}$)	circa
XXXI	16	rura	cura
XXXII	7	senos	senes
XXXIII	2	chamanos (*ita* Laur., Angel., Urb. 412, Tur., Stuttg., Monac.; camattos Harl. 1895)	Chamavos *plerique* n Chamavi B^2 *i. m.*[1])
	11	angrinarios (*ita* Stuttg. [*m²* *corr.*], angrinariosum Monac.)	angrivarios (ageruarios Laur.)
XXXVIII	6	suevia	suevi a
XL	4	Aniones (*ita* Laur., Stuttg. [*m²* *corr.*])	Aviones
	5	Nurtones (*ita* Vind. 711, muthones Monac.)	Nuitones (Nuithones *plerique,* huitones Laur., Ang., Urb. 412, vuitho- S nes Humm., Nuithones Vind. 49)
XLIII	31	lemonii (*ita* Laur., Angel., Vat. 2964, Venet., Par. 1180, Tur., Humm., Stuttg., Monac., E T $\mathfrak{N}^{1\cdot 2}$)	Lemovii[2]) (Lemonii B^2 *i. m. pro indiculo*)

[1]) Hoc loco B^2 ita egisse videtur, ut primum quidem indiculum *Chamavi* ex exemplari, quod ad emendandum contulit, sumptum in codicis B margine poneret, deinde autem *n* litteram suprascriberet, cum in dubio esset, utram lectionem praeferret.

[2]) Hanc correcturam ea de causa huic inserui tabulae, quia ei codices, qui primum locum obtinent, ACD cum B^2 faciunt, quamvis multi cum B conspirent. Memorabile praeterea est, manum B^2 iterum sibi non constantem fuisse: nam quamquam *Lemovii* correxit ex *Lemonii*, tamen *Lemonii* enotavit. Notam ergo marginalem prius exscripsit, quam textui medelam inferret.

	B	$B^2\omega$ libri impressi
XLV 39	degeneratur	degenerant (degenerat Laur.)
Suet. p. 127,2	redigerent	redigeretur

Quas correcturas lectionum scribae codicis B propriarum emendatorem B^2 ex quolibet codice traditionis vulgatae sumere potuisse patet exceptis libris Laurentiano, Angelicano, Urbinate 412 (de quorum inter se cognatione vide Wuenschium Herm. vol. XXXII p. 55 sq.), qui saepe a B^2 dissentiunt eandemque lectionem exhibent quam B; quod ut dilucidius perspiceretur, omnes fere horum librorum discrepantias exscripsi.

Porro inveniuntur permultae codicis B lectiones cum altero familiae X codice A consentientes, quas corrector ad fidem familiae Y emendavit. Libri autem Germaniam exhibentes ii, qui ad tertiae classis Z archetypum redeunt (de quibus videndum est prius huius dissertationis capitulum), his locis plerumque cum B^2, decies fere cum B faciunt. Quam rem ut illustrem, singulis lectionibus e Germaniae textu depromptis signum Z adiciam. Composui eas ita, ut primum exscriberem lectiones familiae X (id est codicibus AB) proprias, deinde adnotarem correcturas a B^2 confectas, quae cum familiae Y codicibus librisque impressis $\mathfrak{B}^{1\cdot 3}\mathfrak{M}$ — in Germania $\mathfrak{B}^{1\cdot 2\, 3}\mathfrak{M}\mathfrak{B}\mathfrak{L}$ — consentiunt. Hic quoque graviores tantum discrepantias commemoravi.

	X	B^2Y, libri impr. $\mathfrak{B}^{1\cdot 3}\mathfrak{M}$
	S	
Dial. V 7	Galerium B Salerum A	Saleium (Seleium Ott. 1455)
VII 17	non	nomina
VIII 26	his(*ita* Ott. 1455, Vind. 711, Venet.)	iis (*omis.* Paris. 7773, Vind. 49, Harl. 2639, $\mathfrak{B}^{1\cdot 3}\mathfrak{M}$)
XII 9	et ista	in illa
19	istos	illos

		X	B^2Y, libri impr. $\mathfrak{B}^{1\cdot 3}\mathfrak{M}$
XII	23	istud	illud
XIII	2	istud	illud
	3	istos	illos
	22	ista	illa
	23	istosque	illosque
XIV	21	ista	illa (iam C D Vat. 4498)
XV	18	concentus (*ita* Ott. 1455)	contentus
XVI	36	videtur (*ita* D Venet.)	vester
XVIII	33	venias	veniam
XIX	4	ista	illa
	27	et potestate	vi et potestate
	29	expectantem	expectandum (expectando D)
XX	5	ista	illa
	6	dicentes	dicentem
XXI	34	qui(quam Venet.)	quia
	34	istos	illos
XXII	9	iam senior	senior iam
XXIII	2	istud	illud
	15	istam	illam
XXIV	14	istos	illos
XXV	8	istorum (*ita* D)	illorum
XXVI	9	autores B auctores A (*ita* Venet.)	actores
	19	post se	posse (posse *vel* post se Venet.)
XXVIII	17	educabitur	educabatur
	17	erit (*ita* D)	erat
XXIX	15	invenires	invenies (inveneris Vat. 2964)
XXX	21	iste	ille
	22	iste	ille
	23	iste	ille
XXXI	16	ista	illa

		X	B^2Y, libri impr. $\mathfrak{B}^{1\cdot 3}\mathfrak{M}$
XXXI	24	omnem orationem	orationem
XXXIII	26	istud	illud (id D Par. 7773, Harl. 2639)
XXXVII	13	Metellos sed et (*ita* Ott. 1455, Vind. 711, Venet.)	Metellos et
	18	curarum	causarum

		X	B^2Y, libri impr. $\mathfrak{B}^{1\cdot 2\cdot 3}\mathfrak{M}\mathfrak{B}\mathfrak{L}$
Germ. II	12	Tristonem, (*i. m.* Tuisman A) (*nonnulli* Tistonem, Bistonem, vistonem, bisbonem, *alia*)	Tuistonem *plerique* (Tuisconem Z)
	13	ei filium Z (eius filium Laur., Ang., Urb. 412)	et filium
	15	ingevones Z (*ita* D; ingenones Angel., ingenoyes Monac.)	ingaevones (ingaenones Laur., Urb. 412, Paris. 1180, Stuttg.)
	16	Hermiones Z (*ita* D Venet., Vat. 4498)	Herminones
VI	8	immensum (*ita* Monac., minime usum Angel.)	in immensum Z
	21	quidem	quod Z (*omis.* D)
VII	12	aut	et Z
X	20	istos	illos Z
XII	10	vindicavit	vindicatur Z (*nonnulli* vindicantur *vel* iudicantur)
XVII	5	ferunt	gerunt Z

		X	B²Y, libri impr. $\mathfrak{B}^{1.2.3}\mathfrak{M}\mathfrak{B}\mathfrak{L}$
XXI	14	poposcerunt	poposcerit Z
XXII	1	enim Z (*ita* Venet., Stuttg.)	e
XXV	2	ministris	ministeriis Z (in ministeriis Laur., Angel., Urb. 412)
	4	ut Z (*ita* Vind. 49)	et
	9-14	*continentur fine capitis* XXVI	*continentur hic* Z (B² *in transcribendo per errorem omis.* et super ingenuos)
XXVIII	6	divisas Z *alii*	diversas *plerique*
	7	hircyniam	hercyniam Z
XXIX	14	qui	quia Z
XXX	1	ulera	ultra Z
	2	inchoatur B incohatur A	inchoant (*vel* incohant) Z
	5	ac	atque Z
	12	romanae (*ita* Laur., Angel., Urb.412, Hummel., Vind. 711, Stuttg., Monac., Bamb., Arund., Harl. 1895)	ratione
XXXIV	10	magnum B Z magnu A	magnificum
XXXV	6	nam	tam Z
XXXVI	8	fusi	fosi Z
XXXVIII	12	in ipso vertice B (*ita* Monac., Stuttg. [*m*² *corr.*], R, Vat. 2964 [ipsa]) ipso in solo vertice A Z (in solo vertice $\mathfrak{N}^{1.2}$ Vind. 711)	in ipso solo vertice *ceteri*

		X	B^2Y, libri impr. $\mathfrak{B}^{1\cdot 2\cdot 3}\mathfrak{M}\mathfrak{B}\mathfrak{L}$
XXXIX	14	temp corpore Z (tempore Vat. 2964, Venet. [*m*^{2}*corr.*], tempore, *i. m.* corpore Paris. 1180, tempore, *i. m.* corpore numero Humm.)	corpore
XL	3	Veusdigni (Reudigni *vel* Veudigni Z)	Reudigni (Reusdigni B^2)[1]
	7	Neithum	Nerthum Z (nehertum, herthum *alii*)
XLII	1	Naristi (*ita* C D *alii*)	Narisci Z (B^2 *i. marg.*)
XLIV	1	oceanum Z *alii*	oceano *plerique*
XLV	8	suevici sevici B Z Saevici A *alii*	suevici *plerique*
	36	gens	gentes Z
	36	continuatur	continuantur Z
XLVI	11	figunt	fingunt Z (*omis.* D)
	11	pecudum	peditum Z (*omis.* D)

	X	B^2Y
Suet. p. 100, 8	praelegebant praeallegabant B prealegabant A	praelegebant
p. 121, 11	profluit	profluxit

Huic numero inserendae sunt duplices illae correcturae et B et B^2 debitae, de quibus iam supra (p. 45) verba fecimus:

---

[1]) B^2 lectionem codicis Leidensis *Veusdigni* non correxit in *Reudigni*, sed litteram *s* integram reliquit, quod per errorem factum esse mihi persuasi. In prima vocabuli *Veusdigni* littera mutanda positum est pretium correcturae.

	X	B² Y
p. 102, 13	Catullo (Catullo B)	Catulo
122, 22	rescogniti sunt (rescogniti sunt B)	recogniti sunt
124, 13	Epidici (Epidici B)	Epidii

Undeoctoginta locos enumeravi, quibus B² lectiones familiae X proprias correxit ad fidem ceterorum codicum; varias lectiones corruptas modo in hoc modo in illo codice occurrentes omnes enotare supervacaneum esse mihi videbatur. Quam plurimi codices exhibent lectionem, eam pro communi habebam; graviores tantum discrepantias nonnumquam adscripsi[1].

In Germania familiae Z libri, ubi a lectionibus sectae Y discrepant, non cum B² sed cum primitiva codicis Leidensis lectione faciunt: ergo corrector codice non familiae Z, sed familiae Y aut libro impresso ad huius familiae exemplar redacto usus est.

Occurrunt praeterea in codice Leidensi permulti loci, quibus corrector lectionem familiis XY (in Germaniae textu ZXY) communem atque ita ipsi archetypo Hersfeldensi vindicandam emendavit, qui crebri sunt in Dialogo et Germania, rari in Suetoniano fragmento. Quarum emendationum pars occurrit etiam in nonnullis codicibus familiae Y, in quorum numero sunt

Suet. Dial. continentes: Parisinus 7773 (P), Harleianus 2639 (H),
Germ. Dial.: Vindobonensis 49 (V), libri impr. 𝔅¹·³𝔐,
Germ.: Turicensis C 56 (K), libri impr. 𝔅 𝔏.

	XY	B² V P H 𝔅¹·³𝔐
Dial. III 7	si qua	si quae (*ita* Vind. 711)
V 3	arbitrum	arbitrium
14	societate	solicite

[1]) Paucas varietates neglexi, velut Germ. II 13 *et* R, 16 *Herminones* R, XL 3 *Reudigni* T R, XLV 8 *Suevici* Vat. 2964.

	XY	B^2VPH $\mathfrak{B}^{1\cdot 3}\mathfrak{M}$
V 14	sed ipsum	sed et ipsum
17	necessitates X necessitudines Y	nationes
29	profugio X perfugio Y	praesidio
30	increpuit (increpuerit D)	irrepat
VI 21	quandocunque X quemcunque Y	quacunque
21	indueret X induerit Y	induxerit
VII 12	codicillis	in codicillis
X 40	hic	hinc
40	hic X haec Y (hoc D Ven.)	hinc
XI 13	numinis	nominis
17	nec ullus aut gloria more — —X in ore (more . . . A, mor – – B) nec ullis aut gloria more – – Y [1])	ne aut illud clamore
24	pallantem (palantem B D Ott. 1455, Vind. 711)	pallentem
29	veniat	veniet
XIV 11	et hortatus (et ortatus B)	exhortatus (ex ortatus B^2)
XV 17	Aeschine	Aeschines
17	Demosthene	Demosthenes

in ore

[1]) Pro *more* exhibent *in ore* D Vat. 4498, Venet.; *more* C. Post *more* (vel *in ore*) lacuna non relicta est in C D Veneto.

		XY	B^2VPH$\mathfrak{B}^{1\cdot 3}\mathfrak{M}$
XVI	21	*in textu*: Ulixes ac Nestor quorum aetas mille fere et trecentis annis	B^2 *i. marg.* MCC ante nestor et ulysses (*eundem numerum in textu exhibent* VPH$\mathfrak{B}^{1\cdot 3}\mathfrak{M}$)
	37	fama	fere
XVII	15	istum X ipsum *vel* illum Y	unum (*ita* Venet.)
XIX	17	adoratus	odoratus (*ex* adoratus *corr.* Ott. 1455, Vind. 711)
XXI	4	Ganuti (sanuti BD)	Canuti
	18	universa parte	in universa parte
	20	regulae X illae Y (regulae D)	*del.* B^2, *omis.* VPH$\mathfrak{B}^{1\cdot 3}\mathfrak{M}$
	42	rubore	robur (rubor H)
XXIII	8	isti (*del.* C)	*del.* B^2, *omis.* VPH$\mathfrak{B}^{1\cdot 3}\mathfrak{M}$
XXV	10	cominus (comminus A C Vat. 4498)	quominus (*ita* Vind. 711)
	18	vere	iure (vire H)
	24	serunt	ferunt (*ita* Ott. 1455, Vind. 711)
XXVIII	21	discere	dicere (*ita* Ott. 1455)
XXIX	5	et virides X et vires *sive* et vides Y (et viles C, *corr.* C^2)	et virides *del.* B^2, *omis.* VPH$\mathfrak{B}^{1\cdot 3}\mathfrak{M}$
XXXIII	28	parate (aperte C)	paratum
XL	30	bene	bonae

		ZXY	B^2VK$\mathfrak{B}^{1\cdot 2\cdot 3}\mathfrak{B}\mathfrak{M}\mathfrak{L}$
Germ. III	14	nominatumque B (*ita* K)	nominatumque + (*i. m.* deest) B^2 [1]

[1]) Graeca in exemplari, quod corrector ad emendandum contulit, certe non legebantur. Quod ni ita esset, B^2 nihil

	ZXY	B² VK 𝔙^{1·2·3} 𝔅 𝔐 𝔏
III 14	nominatumque ἀσκιπυργιον ACD nominatumque *ACKIΠYPΓION* *vel* „ *AΣKIΠYPΓION* *vel* „ *ACRIΠYPΓION* } *ceteri* (nominatumque Acriniprion 𝔑^{1·2})	nominatumque . . . (*lacuna XII litt. relicta*) V, *libri impressi omnes praeter* 𝔑^{1·2} (*ita* Laur., Angel., Urb. 412, Paris. 1180, Hummel., Stuttg., Monac.)
XIII 4	cum ZX, tum Y (tum cum Angel., Venet.)	tum eum
XX 18	tanto (tam Monac.)	quo (*ita* C Humm.)
XXVI 9	ut	et (*ita* D Venet., Par. 1180)
XXVIII 11	aravisci	aranisci (*ita* Par. 1180)
11	a boiis (a bois *nonnulli*)	ab osis
XXXVII 20	populi Romani	populo Romano (*ita alii*)
XXXIX 3	patrium (patruum *nonnulli*)	patrum (*ita* Vat. 2964, Vind. 711, Stuttg.)
4	sacrum	sacram (*ita* Par. 1180, Vat. 4498; *i. m.* saram Vind. 711, Stuttg. *m²*).
5	Suarines	Suardones (*ita* Laur., Angel., Urb. 412, Hummel., Arim.; *i. marg.* E T Vind. 711, Stuttg.; *omis.* Vat. 2964)
XL 1	logobardos B Largobardos A Z longobardos *plerique*	longobardis (longobardos *K*)
XLV 8	Aestiorum (estiorum B Humm., Monac., estuorum Venet.)	efluorum
XLVI 6	mistos *sive* mixtos (*omis.* D; misces Vat. 2964)	mistis *sive* mixtis

antiquius habuisset, quam ut demonstraret, graecae linguae se non esse ignarum (cf. Suet. p. 109, 21, ubi B² *gurgustio* correxit in *georgustio,* in margine adnotans *γεωργῶ colo terram*).

E libris manuscriptis easdem ac B^2 emendationes exhibentibus codex Vindobonensis sive Sambuci bibl. Caesareae Palatinae 49 saec. XV exeunte nitidissime scriptus in deterioribus et valde interpolatis habetur. Collationem Germaniae sumpsi e Wuenschii apparatu, Dialogi e notis criticis, quibus instructus est Taciti Dialogus ab Hessio anno 1841 Lipsiae editus, quem cum satis mendosum esse vidissem, de nonnullis locis dubiis Georgio Wissowa intercedente adii Edmundi Hauleri professoris Vindobonensis comitatem, qui codice ipso inspecto benignissime rescripsit lectionesque enotatas mihi commodavit.


Cum V cohaeret ei simillimus Parisinus 7773, e quo Harleianum 2639 originem traxisse Gudemanus auctor est (*Taciti dial. de or.* 1894 p. CXXI not. 207); Parisinum autem editionis $\mathfrak{B}^1$ apographum esse mihi probabile videtur. E Vindobonensi 49 typis descripta est editio princeps sive Spirensis ($\mathfrak{B}^1$; vide Michaelisium, *Corn. Taciti dial. de or.*, praef. p. V); Germaniae textum ex hoc libro expressit editio Bononiensis ($\mathfrak{B}$), quam pro Spirensi paulum emendata haberi posse iam dictum est. Ex editione Bononiensi fluxit ed. Veneta altera ($\mathfrak{B}^2$), unde anno 1502 descriptus est codex Turicensis[1]) nunc mutilus (exciderunt c. VIII 4 — XIV 2). Iam pervenimus ad ed. Mediolanensem a Massmanno signo $\mathfrak{M}$ notatam, quam Franciscus Puteo-

---

[1]) Discrepantias inter Turicensem (*K*) et $\mathfrak{B}^2$ has inveni: II 9 nisi sibi *K*, nisi si $\mathfrak{B}^2$ / 18 Gambrivos *K*, Gambrivios $\mathfrak{B}^2$ / III 14 nominatumque *K*, nominatumque . . . . $\mathfrak{B}^2$ / XXIV 8 defecerint *K*, defecerunt $\mathfrak{B}^2$ / XXVIII 11 Aramisci *K*, — nisci $\mathfrak{B}^2$ / XXIX 6 conteruntur *K*, contenuntur $\mathfrak{B}^2$ / XXXIII 2 chamanos *K*, chamavos $\mathfrak{B}^2$ / XXXIV 1 chamanos *K*, chamavos $\mathfrak{B}^2$ / 2 claudunt *K*, cludunt $\mathfrak{B}^2$ / XXXVII 20 consulares *K*, consularis $\mathfrak{B}^2$ / XL 1 longobardos *K*, — dis $\mathfrak{B}^2$ / XLI 1 pars nervorum *K*, pars verborum $\mathfrak{B}^2$ / XLIII 30 Lemonij *K*, — vij $\mathfrak{B}^2$ / XLV 12 omnique *K*, omniumque $\mathfrak{B}^2$ / XLVI 16 sola *K*, Solae $\mathfrak{B}^2$. Rectane via codex Turicensis descenderit ex editione Veneta altera non satis mihi constat. Certe arto affinitatis vinculo inter se cohaerent.

lanus a. 1475 prelo subiecit nullius libri manu scripti ope adiutus; secutus enim est mendosum editionis principis textum, cui emendando summam operam dedit. Librum $\mathfrak{M}$ denuo typis describendum idem curavit Venetiis a. 1497 ($\mathfrak{B}^3$). Editio denique Lipsiensis ($\mathfrak{L}$) magis cum $\mathfrak{M}$ $\mathfrak{B}^3$ conspirat quam cum $\mathfrak{B}^{1\cdot 2}\mathfrak{B}$, sed non ita, ut eam ex $\mathfrak{M}$ vel $\mathfrak{B}^3$ fluxisse pro certo affirmes; certe his propinqua est, quamvis orthographicae minutiae et corruptelae in ea abundent.

Quae de horum librorum nexu dixi, ut dilucidius perspiciantur, in stemma contuli hoc:



In horum ergo codicum et librorum numero aut cognatione fuit is, quem corrector B^2 ad emendandum contulit, videturque is solos libros Dialogum et Germaniam omisso fragmento Suetoniano complexus esse, cum id genus correcturarum, de quo dicimus, in Suetonio omnino fere desideretur, de qua re infra erit accuratius disputandum.

Iam codices H P non tantopere cum B^2 consentiunt quam ceteri huius sectae libri. In Dialogi textu

inveni nonnullos locos, quibus cum Parisinus tum Harleianus discrepant et a B^2 et a lectionibus iisdem in Vind. 49 et libris $\mathfrak{V}^{1\cdot 3}\mathfrak{M}$ traditis (excepto XIV 12, ubi etiam $\mathfrak{V}^1$ *Urbanius* exhibet).

	XY	H(P)	B^2V $\mathfrak{V}^{1\cdot 3}\mathfrak{M}$
Dial. VII 16	modo	*omis. lac. relicta* H P	morum
XIV 2	Libanius B Uthanius C Vibanius *cet.*	Urbanius H P $\mathfrak{V}^1$	Urbanus
XXI 42	rubore	rubor H	robur (*ita* P)
XXII 7	laetiores (lectiores Vat. 4498)	latores H P	latiores, lectiores[1]) B^2 latiores V $\mathfrak{V}^{1\cdot 3}\mathfrak{M}$
XXV 8	vere	vire H	iure (*ita* P)

Iustissimum autem de origine illarum correcturarum iudicium feremus respectis iis locis e Dialogo et Germania depromptis, quibus non solum HP, sed etiam V atque editio princeps ($\mathfrak{V}^1$; in Germania ad hunc numerum accedunt Turicensis, $\mathfrak{V}^2\mathfrak{V}$) a B^2 discrepant et cum lectione vulgata concordant, editiones vero Puteolani ($\mathfrak{M}\mathfrak{V}^3$) constanter cum B^2 conspirant, ut dubium non iam sit, quo ex fonte ille lectiones suas deducere potuerit. Videas hos locos — numero sunt sedecim.

	XY (*etiam* V H P $\mathfrak{V}^1$)	$B^2\mathfrak{M}\mathfrak{V}^3$
Dial. V 35	prius (B *inde effecit* propius *litteram* r *delendo*, pro *superscribendo*)	Eprius
VIII 2	eproprium proprium V H P $\mathfrak{V}^1$	Eprium
14	haberemus	habemus

---

[1]) De hac coniectura suo loco accuratius disputabitur.

		XY (*etiam* VHP𝔅^1)	B^{2}𝔐𝔅^3
XV	6	malignis X maligni in Y (maligi D) malignus VHP𝔅^1	malignius
XXV	16	sicut	sic (*ita* Ott. 1455)
XXVIII	13	a severitate	de severitate
XXX	8	exercitationis	exercitationes (*ita* Ott. 1455, Vind. 711, Vat. 2964)
	13	referre	refert
XXXIII	18	videtur	videor
	21	aut reconditas	reconditas aut
XXXVII	8	cum	nunc
XXXVIII	4	libere	liberae

		ZXY (*etiam* V𝔅$^{1\cdot2}$𝔅)	B^{2}𝔐𝔅^3 (*etiam* 𝔏)
Germ. XV	6	mira diversitate	miram diversitatem (*ita* Harl. 1895, Bamberg.
XXVIII	21	Nubii	Ubii [1])
XXXIV	4	frisis (B *corr. ex* frisiis)	frisiis 𝔐𝔅^3 (*i. m.* frisii B^2 *pro indiculo*)
XXXIX	1	n semones B Sennones Semones A semones C D Monac. (*corr.*), Stuttg. (*m.*^{2} *corr.* semnones) 𝔑$^{1\cdot2}$𝔑 Semnone Laur., Angel., Urb. 412 Semnones Venet., Paris. 1180, Vind. 49, Turic., Vat. 4498, Hummel., 𝔅$^{1\cdot2}$𝔅 Semones, *i. m.* Semnones E T Vind. 711.	Senones 𝔐𝔅^3 (B^2 *i. marg.*)

[1]) Alteram manum *Ubii* coniecisse video in Urbinate 412 et in Vindobonensi 49.

Hae lectiones a correctore codici Leidensi illatae ab omnibus ceteris codicibus et libris alienae sunt. Quod tribus locis (Dial. XXV 16. XXX 8. Germ. XV 6) unus vel alter ceterorum codicum eandem exhibet lectionem quam B^2, momenti non est et fortuito factum videtur. Codices enim illos (sc. Ott. 1455, Vind. 711, Vat. 2964) prae ceteris in iis numerandos esse, qui a B^2 saepissime abhorreant, is, qui tabulas a me compositas inspexerit, primo obtutu cognoscet.

Ergo coniecturae a B^2 textui appositae, quarum magna pars vere egregium acumen prodit, ita ut vel cautissimi editores eas in textum recipere non dubitaverint, accuratissime concinunt[1]) cum lectionibus editionum Francisci Puteolani et fieri non potest, quin aut Puteolanus ex B^2 hauserit aut B^2 Puteolanum compilaverit. Quorum cum illud fieri non potuerit (nam Puteolanum codice Leidensi usum non esse constat), certum est codicem Leidensem a B^2 ad fidem editionis Puteolani sive 𝔐 sive 𝔅^3 (utra adhibita sit dici nequit, cum inter se plane consentiant) correctum esse, id quod iam ante plus quattuor decennia suspicatus est Adolphus Michaelis, Dial. p. XI.

Emendationes correctoris B^2, quae in 𝔐𝔅^3 non occurrant, non plus quam quattuor repperi:

Dial. I 4 *eloquentia* B, *eloquentiae* B^2 ceterique exceptis Par. 7773, Harl. 2639, Vind. 49, 𝔅$^{1 \cdot 3}$𝔐, qui omiserunt *eloquentiae*.

VIII 9 *ipsa eloquentia* B ceteri, B^2 delevit haec vocabula, Harl. 2639 omisit.

---

[1]) Editio Lipsiensis (𝔏) solam Germaniam continens, quae quattuor locis cum B^2 consentit, his locis a B^2 simulque ab 𝔐𝔅^3 abhorret: II 12 *Tuisconem*, 15 *Ingevones*, 16 *Hermiones*, 18 *Gambiinios*, III 14 post *nominatumque* in 𝔏 lacuna non est relicta, XXVIII 9 *Bolemi nomen*, XXX 12 *racione*, XXXIV 6 *et tam*, XLV 8 *effluorum*.

VIII 26 *his* B alii, *iis* B^2 ceteri praeter Vind. 49, Harl. 2639, Par. 7773, $\mathfrak{B}^{1\cdot3}\mathfrak{M}$, qui hanc vocem omiserunt.

XXXII 16 *ius* B D Ott. 1455, Vind. 711, *vis* B^2 ceteri exceptis $\mathfrak{B}^3\mathfrak{M}$, qui *vix* exhibent.

Quae aut ipsius correctoris ingenio deberi aut infuisse possunt in eo libro familiae Y, quem eum ad corrigendum adhibuisse supra vidimus.

Ceterum corrector Puteolani librum cum diligentia et iudicio excussit; nam innumerabiles lectiones varias in illa editione extantes non omnes in textum recepit, sed permultis reietis eas solas elegit, quae optimae esse ipsi viderentur, quamquam nonnullis locis deteriorem inde deprompsit (veluti Dial. V 14 *solicite* pro *societate*, Germ. XL 1 *Longobardis* pro *Largobardos*).

Restat, ut pauca dicam de eo correcturarum genere, in quo B^2 sua sponte coniecturis indulsisse videtur. Multis enim locis B^2 medelam inferre studet, quibus codex Leidensis cum omnibus libris et manuscriptis et impressis consentit. Quas correcturas ex ipsius correctoris ingenio prodiisse apparebit.

	B (X Y $\mathfrak{B}^{1\cdot3}\mathfrak{M}$)	B^2
Dial. VI 23	ipsis orantibus	ipsi oranti
31	ingenio	in ingenio
VII 14. 15	qui non illustres et in urbe non solum apud negociosos (in urbe *omis.* D) } X Y qui non illustris et in urbe solum negotiosos } V H P $\mathfrak{B}^1$ qui non illustres in urbe solum apud negociosos } $\mathfrak{M}\mathfrak{B}^3$	qui non apud illustres et in urbe solum negociosos
20	vocat (vetat V H P $\mathfrak{B}^1$)	notat

		B (X Y $\mathfrak{B}^{1.3}\mathfrak{M}$)	B^2
VIII	9	ipsa eloquentia	*del.* (H *omis.*)
	15	angustia ereptum (angustia rerum $\mathfrak{M}\mathfrak{B}^{3}$)	angustia parentum
X	6	medium (metrum V H P $\mathfrak{B}^{1.3}\mathfrak{M}$)	nedum
XXI	18	serum (sectum H P $\mathfrak{B}^{1}\mathfrak{M}$, factum V, fectum $\mathfrak{B}^{3}$ [*sic*])	seu
	46	inquam (in quantum Ott. 1455, Vind. 711)	quam
XXII	7	laetiores	lectiores *sive* latiores B^2 (latiores V $\mathfrak{B}^{1.3}\mathfrak{M}$, latores P, lectiores Vat. 4498)
XXIII	23	laetissima (letissima B *alii*)	lectissima
XXVII	17	qua	a qua
XXXI	41	plerunque	pleraeque B^2 (plerique V H P $\mathfrak{B}^{1}$, plerisque $\mathfrak{M}\mathfrak{B}^{3}$)
XXXII	35	vobis	a vobis
XXXIII	29	et ornaturum (B et *correcturus fuerat in* ex) (et ornatorum C Vat. 4497, ex ornaturum Ott. 1455)	circa oratorium $B^2\mathfrak{B}^{1}$ (circa oratoriam VPH $\mathfrak{B}^{3}\mathfrak{M}$)
XXXV	2	s . . . (*rasura*) B seni A, sem D se in *ceteri*	scenam B^2 (scena Venet., V H P $\mathfrak{B}^{1}$, scaena $\mathfrak{M}\mathfrak{B}^{3}$)

		B(XYZ, 𝔑[1·2]ℜ𝔙[1·2·3]𝔅𝔐𝔏)	B[2]
XXXV	17	quid et si A B (*del.* et si) Ott. 1445, Vind. 711 quod etsi D quidem etsi C Venet., Vat. 4498 *omis.* VHP𝔙[1·3]𝔐	quidem
	18	deleguntur (*omis.* VHP𝔙[1·3]𝔐)	delegantur
XXXVI	22	probabat	parabat
	33	tueretur	tuerentur
	34	respondendum	respondere
Germ. V	3	gallias (gallie Laur., gallicas Angel., Urb. 412)	gallia (*ita* R)
VIII	7	nobiles	nubiles
XXXIV	2	cludunt	claudunt (*ita* Turic.; *in* Urb. 412 *et* Stuttg. *corr. manus altera*)
XXXIX	12	parentia	patentia
XLII	8	iam et	iam etiam

	B(XY)	B[2]
Suet.[1]) p. 100,3	disciplinis (studiis B)	discipulis (*in rasura*; *in marg.* disciplinis *alia manus*)

[1]) Accedunt ad ceteros codices Gudianus 93 et Berolinensis (bibl. regiae), quos solum Suetonium exhibentes in usum meum vocavi. Codicum A B C D Ottob. 1455, Gudiani 93 lectiones e Reifferscheidii editione sumptae sunt, codicum Paris. 7773, Harl. 2639, Berolinensis, Veneti Marc. app. misc. cl. XIV 1, Vatic. 4498 e Friderici Osann commentatione, quae inscribitur *C. Suetonii Tranquilli de grammaticis et rhetoribus libelli, Gissae* 1854. Quantum attinet ad cdd. Ambrosianum (vide Rothium, *C. Suet. Tranqu. rel.* Lips. 1858, p. LII not. 30), Florentinum Laur. plut. 89,8 (ibid.), Havniensem (vide Joannem Arntzen, *Sexti Aurelii*

	B(XY)	B²
p. 101,12	gener Q.	generque
p. 103,2	Sescennius (Sistenius Par. 7773, Harl. 2639, Siscennius Berol., Sisennius Venet.)	Fescennius
p. 109,21	gurgustio	georgustio (*i. m.* γεωϱγῶ colo terram)
p. 110,3	miratur	mretiur
p. 112,13	surreptus (subrectus C Gudian.)	surreptis B² (*ita* Ott. 1455)
p. 113,9	et Epirota	Epirota
p. 114,12	in iis	et in iis
p. 117,1	textrinum (texerinum C)	textrinus
p. 122,5	anascevas et catascevas (nascevas et catascevas D, anasceus et ca- ta sceus Ott. 1455)	anascenas et catascenas
p. 126,4	tum	ut
p. 127,1	excanduisse et ut (excanduisset ut D Ott. 1455, Berol., Venet., excanduisse ut et C)	excanduisse ut (*ita* Gudian.)

Victoris 'Historia Romana, Amstelodami Trajecti Batavorum 1733, praef.) ceterosque supra (p. 47 sq.) enumeratos praeter alia scripta idem Suetonii fragmentum continentes, in paucis lectionibus acquievi.

Memorabile est harum lectionum tertiam fere partem e Suetoniano fragmento depromptam esse, cuius libelli variae lectiones in superioribus tabulis paucissimae tantum recensendae erant. De quarum origine quamquam certum iudicium proferre nolo, quia huius libelli neque codices manuscriptos alios praeter eos quorum lectiones Reifferscheidius et Osannus adnotaverunt cognitos habui neque libros impressos vetustissimos inspicere potui, tamen verisimile videtur, emendationes in hac tabula enumeratas non minus ipsius correctoris B^2 acumini deberi quam quas supra p. 53 et 57 recensui. Quod si recte suspicatus sum, sequitur, ut B^2 in emendando Suetonio[1]) nullo libro nec manuscripto neque impresso usus sit, iique libri, quos in corrigendo Dialogi et Germaniae textu adhibuit, hos duos libellos solos continuerint.

Ceterum B^2 non numquam etiam tum cum proprio Marte codicis Leidensis textum emendavit, ab editionis Puteolani lectione profectus esse videtur. Dial. VII 14. 15 exhibet B *qui non illustres et in urbe non solum apud negociosos,* B^2 correxit *qui non apud illustres et in urbe solum negociosos;* in 𝔐𝔙^3 legimus *qui non illustres in urbe solum apud negociosos* (omisso vocabulo *non* ante *solum*); verisimile mihi videtur, correctorem B^2 hoc quoque loco ad editionis Puteolani fidem emendasse addita sua ipsius coniectura.

Pari modo B^2 eiusdem exemplaris rationem habuisse mihi videtur in corrigendis his lectionibus:

latiores
Dial. XXX 7 *laetiores* B, *lectiores*[2]) B^2, *latiores* 𝔐𝔙^3;
XXXI 41 *plerunque* B, *pleraeque* B^2, *plerisque* 𝔐𝔙^3;

[1]) Ceteras huius libelli correcturas (p. 102,13; 102,22; 124,13), quarum supra p. 58 mentionem feci, quoad pertinent ad B^2, momenti non esse iam dixi, quia ab ipso librario factae et a B^2 iteratae sunt.

[2]) Varia lectio *lectiores* simili modo inventa est ac Dial. XXIII 23 *lectissima* (XXXI 28 *dialecticae* correxit B, non B^2).

XXXIII 29 *et ornaturum* B, *circa oratorium* B², *circa oratoriam* 𝔐𝔅³;

XXXV 2 *s* . . . B, *scenam* B², *scaena* 𝔐𝔅³.

Ex harum lectionum omnium indole praeterea apparet, correctorem doctrina minime caruisse, quia archetypi, quo ad emendandum utebatur, scripturas haud raro sprevit earumque loco posuit eas, quas ex suo ipsius ingenio deprompsit.

Correctorem B² fuisse virum et doctum et divinandi artis peritum docet et dilectus inter Puteolani editionis correcturas habitus et magnus numerus emendationum ab ipso factarum sagacissimarum ut

Dial. X 6 *nedum*, XXXI 41 *pleraeque*, XXXV 17 *quidem*, 18 *delegantur*, XXXVI 22 *parabat*,

Germ. VIII 7 *nubiles*,

Suet. p. 101, 12 *generque*, p. 103, 2 *Fescennius*, p. 113, 9 *Epirota*.

Cum acerrimo iudicio eos dispexerit locos, qui corruptelis laborabant (conferas praeter alia Dial. VII 14. XII 17. XXI 18. 46. XXXV 2), mirum non est, quod nonnumquam coniecturis temptavit etiam ea, quae sana erant; veluti falso correxit Dial. VI 23 *ipsi oranti*, VII 20 *notat*, XXXVI 33 *tuerentur*, Germ. XXXIX 12 *patentia*, XLII 8 *iam etiam*, Suet. p. 100,3 *miretur*, p. 117,1 *textrinus*. Paucis denique locis a genuina lectione eum longius recessisse constat, veluti Dial. VIII 15 (*augustia parentum* conicientem), Suet. p. 100,3 (*discipulis*), p. 122,5 (*anascenas et catascenas*).

Sed qui secum reputaverit, quam infinitum fuerit interpolandi et emendandi studium illis temporibus, ei iudicandum erit, correctorem B² in hac re memorabilem moderationem adhibuisse.

Cuinam anno, cui regioni debeatur corrector noster, ad liquidum perducere non possum, quod omnino desunt vestigia manifesta, quae ad hanc quaestionem solvendam faciant. Codicem Leidensem proximis decenniis in Italia

fuisse certum est, quod indicat nota illa de Alexandro Soltan Lituano margini fol. 46^v addita, quam ab eorum virorum quodam, qui Neapoli in aula regis Ferdinandi versabantur, post annum 1476 scriptam esse Georgius Wissowa[1]) demonstravit. Quocum concinit, quod omnes codices, quos cum correctore B^2 arto affinitatis nexu coniunctos esse supra exposui, Italicae originis sunt, velut Vindobonensis 49, Parisinus 7773, Turicensis; atque eadem in regione ad lucem prodierunt editio princeps et Puteolani libri, e quibus B^2 lectiones suas deprompsit. Quare verisimile esse mihi quidem videtur, correctorem B^2 hanc emendationem confecisse adhibitis et codice aliquo Dialogi et Germaniae ad familiam Y pertinente et editione Puteolani in Italia saeculo XV exeunte, certe post annum 1475, quo editio Puteolani prior edita est.

---

[1]) Zur Beurteilung der Leidener Germania-Handschrift, l. c. p. 10; Cod. Leid. photogr. depict. p. XXI.

Vita.

Natus sum Carolus Hilmarus Arthurus Schoenemann in Saxoniae provinciae vico, cui nomen est Rossla, Kalendis Ianuariis anni 1886 patre Carolo, matre Emilia e gente Nebelung, quorum hanc morte mihi ereptam esse valde lugeo, illum superstitem esse magnopere gaudeo. Fidei addictus sum evangelicae. Litterarum rudimentis in progymnasio Rosslaensi imbutus anno 1900 in gymnasium Sangerhusanum receptus sum, ubi per quinque annos ad litteras incubui. Vere anni 1905 maturitatis testimonio instructus civibus universitatis Halensis cum Vitebergensi consociatae adscriptus sum studiis philologicis et historicis operam navaturus. Quattuor semestria ibi versatus almam matrem Philippinam adii, cuius civis per sex menses fui. Autumno anni 1907 Halas remigravi, ut studia persolverem. Docuerunt me vv. dd. Birt, Glagau, Klebs, Maass, Thiele, Thumb Marpurgenses, Bauch, Bechtel, Blass (†), Brode, Consbruch, Dittenberger (†), Droysen (†), Ebbinghaus (†), Fries, Goldschmidt, Heldmann, Hertzberg (†), Ihm (†), Lindner, Menzer, Muff, Niese (†), Praechter, Robert, de Ruville, Schultze, Sommerlad, Uphues, Vaihinger, Wilcken, Wissowa, Wohltmann Halenses. Sodalis praeterea fui ordinarius proseminarii Halensis vv. dd. Consbruch et Ihm regentibus per duo semestria, per idem tempus seminarii philologici, cui praeerant vv. dd. Ihm, Praechter, Wissowa. Idem fui sodalis societatum historicarum, quae auspiciis vv. dd. Droysen et Niese florebant. Denique exercitationibus suis ut interessem epigraphicis v. d. Thumb (Marpurgensis), palaeographicis v. d. Heldmann, paedagogicis v. d. Fries benigne concesserunt.

Quibus viris omnibus optime de me meritis, imprimis viro illustrissimo Georgio Wissowa, quem insigni benignitate mihi semper adfuisse laetabundus confiteor, gratias ago quam maximas.